



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1678**

Sectio IV. De Sacramento Matrimonii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

Ego autem illi sententiæ oppono; odium potius esse, quàm favorem fornicantium, quòd Matrimonium per illam copulam foret consummatum; quia favor est, Matrimonium posse dissolvi per ingressum Religionis; ergo potius odium est, quòd per illam copulam Matrimonium consummetur, quàm favor, quia sic tollitur ille favor seu privilegium dissolubilitatis.

Ex quo videtur corruiere responsio Sanchez ad primum, & secundum argumentum Adversariorum. Et hinc fortè Pontius non est usus illis responsionibus, sed simpliciter, nullà factà mentione favoris & odii, dicit, hinc non habere locum retractionem, quæ sufficit ad legitimandam prolem; eo quòd hæc fictio juris non sit inducta ad hunc casum, sicut ad illum. Breviter in positivis non valet semper argumentum à paritate rationis; cùm ergo hæc retractio sit juris positivi, neutiquam extendenda est ad casum, in jure non expressum, nisi ad evitandum absurdum, quale nulum hic occurrit.

Et consimiliter responderi potest ad secundum argumentum Adversariorum; id quod incontinenti fit, videtur inesse in casibus, à jure expressis, aliàs non. Jam autem casus noster nulpiam à jure exprimitur, & valde differens est ab eo, qui exprimitur in jure, allegato ab Adversariis, ut patet ex verbis ejus, & toto contextu: *Quæsitum est de obligatione usi-*

*rarum, quoniam numerus mensum, qui solationi competebat, transferat. Dicebam, quia pacta, incontinenti facta, stipulationi inesse creduntur, perinde esse, ac si per singulos menses certam pecuniam stipulatus, quoad tardius soluta esset, usuras adjecisset, &c. Ergo Matrimonium, quod contrahitur incontinenti post copulam, censetur inesse copulæ, qualis Consequentiæ?*

Nunquid etiam benè sequitur: ergo illa copula non fuit fornicaria, quia jam tum inerat Matrimonium, & fictione juris erant conjuges? Sicuti ergo jus non potest facere, ut illa copula non sit fornicaria; sic etiam non potest facere, ut per eam Matrimonium consummetur, cùm Matrimonium non possit consummari, nisi per matrimonialem copulam, quæ de se licita est; nam Matrimonium consummatum supponit Matrimonium legitimum & ratum; hoc autem excusat à peccato copulam, ut apud Omnes indubitatum esse debet, & satis patet ex antè dictis.

His ita prælibatis de contractu Matrimonii, à Deo instituto in paradiso, tum in officium naturæ, tum in remedium concupiscentiæ (nam ex tunc Deus præviderat peccatum primorum parentum, seu statum naturæ lapsæ, in quo illud remedium erat necessarium pro concupiscentia, quæ orta est ex peccato) pauca hic subjiciam de eodem contractu, prout elevatus fuit à Christo in nova lege ad dignitatem Sacramenti. Erit itaque

## SECTIO IV.

### DE SACRAMENTO MATRIMONII.

**C**ongruum fuisse, ut Christus annexeretur rationem Sacramenti propriè dicti, seu collativi gratiæ sanctificantis, contractui matrimoniali, docet Scotus 4. dist. 26. q. 1. n. 2. ibi: *Quarta Conclus. Isti contractui donationis mutue* (loquitur de contractu Matrimonii) *aliquod Sacramentum annexi, congruum est, & ita factum est.* Et infra n. 11. *De 4. Conclus. sit hæc prima Conclus. Specialis: Contractui prædicto congruum est annexi collationem gratiæ, quia contractus prædictus est difficilis, cum ex eo nascatur obligatio valde difficilis, cujus difficultas conjuncta est honestati, ut probatum est prius: ad honestum autem, & difficile, congruum est gratiam conferri.*

*Secunda Conclus. est hæc; Congruum est in aliquo signo sensibili, ad hoc à Deo instituto, regulariter conferri; quia ut dictum est supra in generali de Sacramentis dist. 1. expedit talia signa esse instituta pro statu isto.*

*Tertia Conclus. Expedit Sacramentum propriè dictum conjungi contractui prædicto. Pa-*

*ret ex duobus præcedentibus, quia signum efficax gratiæ tunc collatæ. Porro factum fuisse, quod congruum erat fieri, hæc Sectione ediffero, eritque*

#### CONCLUSIO I.

Contractui matrimoniali annexuit Christus Sacramentum propriè dictum Matth. 19.

Scotus suprâ sic scribit: *Hæc ratio Sacramenti annexa, difficultates novas videtur adducere; puta à quo, & ubi fuerit institutum? Quæ forma, qualiter una, quis minister, & qualiter unus, & quis effectus sit Sacramenti.*

*De primo (prosequitur n. 12.) non potest dici, quod Sacramentum Matrimonii sit institutum in statu Innocentiæ Gen. 2. quia omnia Sacramenta habent efficaciam à passione Christi exhibita, vel prævisa: si autem status Innocentiæ*

Kk ste

stetisset, passio Christi nec fuisset exhibita, nec prævisa. Nec apparet, quod sit Sacramentum Legis Mosaicæ, nec invenitur, ubi in Lege Evangelica institutum sit: Christus enim Matth. 19. approbavit, quod institutum fuit Gen. 2. & Paulus 1. ad Corinth. 7. sic docuit usum, vel actum sequentem contractum Matrimonii.

Diceret ergo aliquis, quod illud ad Ephef. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, intelligitur de Sacramento extensè accepto, pro signo sacræ rei; cuius tamen non est causa, nec signum aliquod efficax: non enim est Matrimonium signum efficacæ respectu conjunctionis Ecclesiæ ad Christum. Hactenus Doct. Subt. proposuit rationes dubitandi de institutione hujus Sacramenti

3. Equidem nec ipse de ea dubitavit, nec aliquis hodie Catholicè potest dubitare. Probat 3. Probatur itaque, contractum Matrimonii in lege Evangelica fuisse institutum propriè dictum Sacramentum, Primò, ex Conc. Constantiensi sess. 15. ubi damnat hanc propositionem (in ordine 8.) Joannis Hus. Sacerdotes quomodolibet criminose viuentes, Sacerdotii polliunt potestatem, & sicut filii infideles sentiunt infideliter de septem Sacramentis Ecclesiæ, de Clavibus, de Censuris. Ubi Conc. astringit septem esse Ecclesiæ Sacramenta, inter quæ indubiè comprehendit Matrimonium. Quod enim aliud foret septimum Sacramentum?

Probatur 2. Probatur 2. ex Conc. Florent. in Decret. Eug. ibi: *Novæ legis septem sunt Sacramenta, scilicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Penitentia, Extrema Unctio, Ordo & Matrimonium. Et infra: Septimum est Sacramentum Matrimonii.*

4. Probatur 3. ex Conc. Trident. sess. 7. de Sacramentis in genere can. 1. *Si quis dixerit, Sacramenta novæ legis non fuisse omnia à Jesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora, quam septem, videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Penitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem & Matrimonium; aut etiam aliquod horum septem non esse verè & propriè Sacramentum; anathema sit.* Item sess. 24. can. 1. *Si quis dixerit, Matrimonium non esse verè & propriè unum ex septem legis Evangelicæ Sacramentis, à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum; neque gratiam conferre; anathema sit.*

Et eadem sess. in doctrina de Sacramento Matrimonii sic ait: *Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret conjugisque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium Sacramentorum institutor atque perfectior, suâ nobis passione promeruit, quod Paulus Apostolus innuit, dicens: Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: mox subjungens: Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.*

Cum igitur Matrimonium in lege Evangelica veteribus connubiis per Christum gratia præstet; merito inter novæ legis Sacramenta annumerandum, sancti Patres nostri, Concilia, & universalis Ecclesiæ Traditio semper docuerunt.

Ex quibus verbis colligitur 1. contra DD. aliquot Catholicos, ante legem Evangelicam Matrimonium non fuisse Sacramentum propriè dictum, id est collativum gratiæ sanctificantis ex opere operato; aliâ perperam diceret Concil. Matrimonium esse verè & propriè unum ex septem legis Evangelicæ Sacramentis, à Christo Domino institutum. Itemque Matrimonium in lege Evangelica veteribus connubiis per Christum gratia præstare. Nam gratis dicitur, Christum tantum annexuisse majorem effectum gratiæ, & idè vocari Sacramentum novæ legis, à Christo institutum, ac gratia præstare veteribus conjugis.

Immo videtur id repugnare Conc. Florent. in Decreto Eugenii ibi: *Novæ legis septem sunt Sacramenta & c. Quæ multum à Sacramentis differunt antiquæ legis; illa enim non conferunt gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam figurabant. Hæc vero nostra & continent gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt.* Quod si etiam in antiqua lege Matrimonium verè Sacramentum fuisset & gratiam contulisset, non rectè id proprium diceretur (inquit Pontius lib. 1. c. 5. n. 1.) Sacramentorum novæ legis.

Nec responderi potest: Matrimonium non fuisse Sacramentum veteris legis, quamvis fuerit Sacramentum in veteri lege; quia ante legem veterem institutum, sicut de circumcissione diximus Part. 1. Disp. 1. Sect. 2. Conclus. 6. quia Concil. hic numerat Matrimonium inter septem Sacramenta novæ legis, ergo censet, Matrimonium novæ legis, in hoc differre à Matrimonio in veteri lege, quod in nova lege non solum significet gratiam, sed etiam eam contineat, & ipsam dignè suscipientibus conferat, cum tamen Matrimonium in veteri lege, ad summum eam per passionem Christi dandam figuraret.

Præterea; per institutionem Christi intelligitur prima institutio in cæteris Sacramentis, ut clarum est; ergo similiter intelligi debet respectu Matrimonii; cum neque ex Scriptura, neque ex Concil. aut SS. PP. illatenus ostendî possit, ante legem novam Matrimonium fuisse à Deo institutum proprium Sacramentum, id est, signum collativum gratiæ sanctificantis ex opere operato.

Quin immo, ut bene notat Averfa hic quæst. 1. sect. 4. §. Tertio. In statu legis veteris scriptæ, & per Moysen traditæ, nulla habetur institutio de Matrimonio, quæ tamquam res sacra constitutum fuerit; sed solum habebatur tamquam civilis contractus, sicut

3. Probatur Matr. fuisse institutum Sacramentum ex Concil. Constantian.

Probatur 2. ex Florent.

4. Tertia probatio ex Trident.

sicut inter alias Nationes. Unde nec ullo modo computatur inter Sacramenta, quæ nominantur illius veteris legis; ac proinde non solum non conferebat gratiam sanctificantem ex opere operato, sed nec aliquam externam & legalem sanctitatem, qualem conferebant Sacramenta veteris legis.

Cùmque status naturæ lapsæ imperfectior fuerit statu legis veteris, multò minùs pro illo statu matrimonium fuit institutum, ut conferret gratiam, vel solum legalem; cùm nullum aliud Sacramentum ad talem effectum in illo statu fuerit institutum, multò minùs ad conferendam veram gratiam sanctificantem ex opere operato; cùm abundantia gratiæ reservata foret in adventum Christi, & ad summum tunc extaret remedium aliquod pro salute parvulorum, quo emundari possent ab originali peccato, ne penitus remaneret extra statum salutis. Et hoc quidem erat Sacramentum illius status & temporis, quod postea apud Abraham, eiusque posteros, fuit determinatum in Circumcisione.

Accedit; quòd pro statu legis naturæ, & legis veteris, ex dispensatione divina licita fuerit polygamia, & in lege veteri permiffus libellus repudii; adeoque non erat tanta necessitas gratiæ ad sustinenda onera matrimonii, sicut modo in lege nova, in qua polygamia prohibita est, & minimè permiffus libellus repudii.

Quid dicam de statu Innocentiæ? Sanè tunc nulla fuisset indigentia vel sanctificationis externæ & legalis, quæ non nisi in lege veteri fuit instituta, neque etiam veræ sanctitatis ex opere operato; utpote, quæ in subsidium humanæ imbecillitatis, ex merito passionis Christi in lege gratiæ allata fuit. Jam autem, ut supra bene notavit Scotus, si status Innocentiæ stetit, passio Christi nec fuisset exhibita, nec prævisæ. Ergo matrimonium in statu Innocentiæ non habuisset rationem Sacramenti propriè dicti, seu collativi gratiæ sanctificantis ex opere operato, sicuti nunc habet.

Nec obstat benedictio data primis parentibus illis verbis Gen. 1. v. 28. *Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Quia solum fuit approbatio quædam divini operis in esse naturæ; sive, ut Bellar. loquitur lib. 1. de Matr. c. 5. benedictio illa fuit corporalis, non spiritalis: inde enim fecunditas corporibus, non auxilium gratiæ spiritibus attributa est. Quod rectè probat D. Aug. lib. 13. Confess. c. 24. ex eo quòd eadem benedictio data legitur piscibus & avibus. *Dicerem te Deus* (inquit S. Doctor) *qui nos ad imaginem tuam creasti, dicerem te hoc donum benedictionis homini propriè voluisse largiri, nisi hoc modo benedixisses pisces &*

*cætos, ut crescerent & multiplicarentur, & implerent aquas maris, & volatilia multiplicarentur super terram.*

Si dixeris: Leo 1. Epist. 92. ad Rusticum dicit, nuptias ab initio sic instituas, ut haberent in se Christi & Ecclesiæ Sacramentum, juxta illud Apost. ad Ephes. 5. vers. 32. *Sacramentum hoc magnum est &c.* ubi Apostolus loquitur de conjugio Adami & Evæ.

Respondet Bellar. supra, S. Leonem non dixisse, ab initio mundi nuptias habuisse Christi & Ecclesiæ Sacramentum; sed ab initio suæ institutionis: quòd rectè intelligi potest de nova institutione per Christum. Deinde, si Leo dixisset, ab initio mundi, id etiam esset verum; quia conjugium primum, quod Adami & Evæ fuit, Incarnationem dominicam repræsentavit: sed non idè conjugium illud, & multò minùs cætera, Sacramenta propriè dicta fuerunt.

Quid ergo ad Apostolum? Respondet idem Auctor: Paulum eo loco nomen *Sacramenti*, non tribuere conjugio primorum parentum, sed nuptiis fidelium: Deinde: etiam si conjugium Adami & Evæ, significasset conjunctionem Christi & Ecclesiæ, ut reverà per modum figuræ significavit: tamen non potuit dici Sacramentum propriè dictum, qualia sunt nostra Sacramenta, quia defuit illi promissio gratiæ. Hæc ille.

Sed hoc est, quòd quæritur; an defuerit illi promissio gratiæ; cùm enim promissio gratiæ communiter probetur ex illa Scriptura Apost. ad Ephes. 5. si Apost. ibi loquitur de conjugio Adami & Evæ & aliis omnibus, tam fidelium, quàm infidelium, tam novæ, quàm veteris aut naturæ legis, ut Aliqui volunt; ergo omnibus promissa fuit gratia, & per consequens omnia fuerunt Sacramenta propriè dicta.

Et hinc Vasquez argumentum ex hoc loco Pauli, quo communiter utuntur DD. Catholici contra hæreticos, ut ex Scriptura probent, Matrimonium in nova lege esse propriè dictum Sacramentum; hoc, inquam, argumentum conatur evacuare Vasquez hic disp. 2. cap. 6. dicens n. 53. Ego non solum semper exultavi, hoc testimonio id, quod contendunt, probari non posse; verum etiam in explicatione illius, aliqua ab eis pronuntari, quæ cum vera doctrina minimè constare possunt. Primum quidem verum est, quod asserunt, verba Pauli: *Sacramentum hoc magnum est &c.* de Matrimonio ipso viri & mulieris, non autem de unione Christi & Ecclesiæ intelligi debere, idque rectè confirmatum esse fatemur; ceterum falsum esse non dubitamus, quòd subdunt, de solo Matrimonio fidelium intelligi posse, èd quòd eo solo unio Christi cum Ecclesia denotetur. Nam Innoc.

10.  
Obiectio ex  
Leone 1. &  
Apost.  
Ephes. 5.

Resp. Bellar.  
ad Leonem.

11.  
Resp. ad Ap.  
ex eod.

12.  
Vasquez su-  
tat ex illo  
Apostoli non  
bene proba-  
ri, Matr. in  
nova lege  
esse sacra-  
mentum.

Colligit ex  
cap. 8 de  
Divort.

III. in cap. *Gaudemus*, de Divortis, ut ostendat, per Baptismum non solvi conjugium infidelium, præmittit hæc verba: *Quod cum Sacramentum conjugii apud fideles & infideles existat &c.* Quibus verbis non de Sacramento propriè, prout est signum gratiæ, sed prout est signum unionis Christi cum Ecclesia, Innocentium loqui, inficiari nemo potest; nam aliâ ratione Sacramentum non est, priori autem illo modo nemo dixerit, apud infideles Sacramentum esse. Hæc ille.

13.  
& Leone  
Epist. 92.

Et ad idem propositum adducit auctoritatem Leonis in Epist. 90. aliâs 92. c. 4. ubi sic ait: *Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum conjunctionem, haberet in se Christi & Ecclesie Sacramentum, dubium non est, eam mulierem non pertinere ad Matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium.* Cùm ait: Societatem nuptiarum ab initio ita fuisse constitutam, hoc est, initam, dubio procul de omni societate Matrimonii, inter quoscumque legitimè inita, intelligit. Præterea; cùm dicat, ad verum Matrimonium non pertinere eam viri & mulieris societatem, in qua nuptiale non fuerit mysterium, hoc est, Sacramentum, de quo antea dixerat, conjunctionis Christi & Ecclesie, & inter infideles verum fit Matrimonium, ut Omnes ingenuè fateri debent, conficitur planè, in eorum Matrimonio verum esse Sacramentum conjunctionis Christi cum Ecclesia; aut contra, si in eorum contractu non est, non esse verum Sacramentum.

Quâ igitur ratione (interrogat Vasquez) hi Theologi, ut ex Scriptura veritatem Catholicam, & satis notam, comprobare viderentur, ausi sunt dicere, Matrimonia solum fidelium esse Sacramentum, & signum conjunctionis Christi cum Ecclesia?

14.  
An Apost. ibi  
loquatur  
etiam de  
Matr. infidelium.

Addit: Quàmvis Paulus ad Ephes. 5. exhortans viros, ut diligant uxores, solum scribat fidelibus, tamen ratio ejus, etiam in infidelibus efficax est; nam & infidelium etiam uxores sunt os de osse, & caro de carne viri sui, & viri, ut propriam carnem, eas diligere debent jure Matrimonii & viri earum eodem modo dicere possunt illud: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem &c.* Christus quoque Matth. 19. cùm dixit hæc verba, & addidit: *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet*, non de fidelium tantum Matrimonio, sed de quocumque alio etiam infidelium, legitimè contracto, locutus est.

15.  
Pars affirmans probatur ex cap. 4 de Conjug.

Quocirca Innoc. III. cap. *De infidelibus*, de Consanguinitate & affinitate, notat, verba citata ex Matth. 19. dicta fuisse de Matrimonio Judæorum, & ita significasse inter eos verum matrimonium fuisse; intelligit quoque dicta fuisse de matrimonio infidelium; nam hinc probatur, infidelium matri-

monium per Baptismum non solvi, quia verum fuit; verum autem fuisse, confirmat testimonio prædicto Christi, quod nisi putaret de infidelibus dictum fuisse, nullius ad hoc esset momenti.

Præterea advertit Vasquez ex Innoc. I. Epist. 22. cap. 2. & refertur Can. *Deinde*, dist. 26. bigamiam incurri etiam à Catechumenis & infidelibus, neque Baptismo purgari; hæc autem non incurritur nisi defectu significationis conjunctionis Christi cum una Ecclesia. Ergo etiam matrimonium infidelium significat illam conjunctionem.

Plura ad idem propositum assert ibidem Vasquez, & tandem concludit, dicens: Quocirca satis fuisse Theologis nostris, hunc locum Pauli contra hereticos prætermittere, quàm, ut viderentur eos Scripturæ testimonio premere, in has angustias, & molestam sententiam incidere.

Sed absit, ut Theologi prætermittant hunc locum Apost. quo contra hæreticos utitur Conc. Trident. sess. 24. in præmio, dicens: *Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, conjugiique sanctificaret, ipse Christus venerabilium Sacramentorum institutor ac perfectior, suâ nobis passione promeruit, quæ illi Apost. innuit dicens: Viri diligite uxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: Mox subjungens: Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Ubi satis clarè significat, saltem insinuasse eò loci Apostolum, Matrimonium in nova lege conferre gratiam sanctificantem, instar aliorum Sacramentorum, hoc est, ex opere operato, adedque esse verè & propriè dictum Sacramentum novæ legis; cur ergo Theologi nostri eo loco non uterentur? Cur illum locum prætermittent? Nonne hoc testimonium præmittit Conc. Florent. in Decret. Eugenii *Septimum* (inquit) *est Sacramentum Matrimonii, quod est signum conjunctionis Christi cum Ecclesia (per gratiam sanctificantem) sicut dicitur Apostolum.**

Respondet Vasquez supra n. 67. Eugenium solum ad hoc illud adfert, ut ostendat matrimonium esse signum conjunctionis Christi cum Ecclesia, quod sanè ante adventum Christi ab initio habuit.

Sed contra: non eodem modo id habuit ante adventum Christi, quia non significabat illam conjunctionem per gratiam sanctificantem; atque hunc modum voluit ibi ostendere Pontifex ex hoc testimonio, adducens illud, ad probandum matrimonium esse septimum Sacramentum.

Ad Conc. Trident. Respondet Vasquez ibidem: Quàmvis hoc testimonium adducatur, ut ostendat, Christum passione suâ pro-

meruisse gratiam per Matrimonium conferendam, ut perficeret naturalem illum amorem inter conjuges, & indissolubilem unitatem confirmaret, tamen solum ait, Paulum id innuisse, hoc esse, indicasse, id quod verissimum est, neque contra ea, quæ hæcenus diximus; nam hoc ipso, quod Matrimonium fuit semper signum unionis Christi cum Ecclesia per amorem, conveniens valde fuit, ut ipse Christus passione suâ hoc signum perficeret, efficeretque, ut non solum naturali, sed etiam Charitatis amore, conjuges significarent & repræsentarent unionem Christi cum Ecclesia sua.

Cum verò Concilium veritatem aliquam ex aliquo loco Scripturæ ex professo confirmat, quod in eo expressè contineatur, vel efficaciter ex eo deducatur, loquitur alio modo, ut patet ex sess. 13. c. 4. cum agit de Transsubstantiatione, & illam ex veritate verborum Christi deducit, & sess. 14. c. 5. cum agit de præcepto Confessionis, & illud colligit ex illis verbis Joan. 20. *Quorum retinueritis peccata* &c. in illo autem cap. 1. sess. 24. veritatem Catholicam ex constante & perpetua Ecclesiæ traditione solum deducit & definit. Hæcenus Valquez.

19. Sed contra hanc responsionem arguit Hiquæus in suo Comment. 4. dist. 26. q. un. n. 42. Neque Paulus, neque Concilium loquuntur de congruentia dandæ gratiæ, aut convenientia sola, sed de facto. Non rectè ergo explicantur per hoc, quod congruum fuerit Christum meruisse suâ passione, gratiam Sacramentalem dari in Matrimonio. Quod autem addit; Concilium aliàs uti locis Scripturæ aliter, ut in exemplis allatis, quàm utatur hoc loco, non est verum; quia aliis Scripturis non utitur aliter, quàm ad absolutam definitionem veritatis Fidei, juxta veram interpretationem earum, quam PP. & Ecclesia intellexit; ita etiam hoc loco Pauli juxta mentem Apostoli utitur, asserens Apostolum innuisse gratiam hujus Sacramenti, maxime per illa verba: *Sacramentum hoc magnum est* &c.

20. Interpretatur autem Concilium, sensum Apostoli illum esse, & Scripturam illam ita absolute interpretatur, ut contineat hanc veritatem, quam innuit Paulus; non enim discurrit Concil. sed absolute declarat, & definit hæc, nempe perpetuum & indissolubilem nexum Matrimonii, divini Spiritus instinctu pronuntiasse primum parentem in verbis præfatis. Secundò; Christum Dominum Matth. 19. apertius docuisse illud vinculum esse tantum duorum. Tertio; Christum, Sacramentorum institutorem suâ passione nobis meruisse gratiam, quâ illud vinculum confirmaret & sanctificaret. Quarto; quod hoc Paulus Apost. insinuat in præfato loco, ac

tandem ex hoc per consequentiam deducit: *Cum igitur Matrimonium in lege Evangelica veteribus connubiis per Christum gratia præstet, merito inter legis novæ Sacramenta annumerandum, SS. PP. nostri, Ecclesia, & universalis Ecclesiæ Traditio semper docuerunt* &c. Quibus verbis, ex tertia, & quarta definitione præmissa, quæ absolutam & indubitabilem assertionem continent, confirmat veritatem universalis Traditionis Ecclesiæ; tantum abest, ut veritatem Catholicam, ut præfatus Auctor asserit, ex sola Traditione deducat & definiat, ut è contra, veritatem Traditionis ex loco Pauli confirmet & deducat. Hucusque Hiquæus.

Neque aliter procedit in locis allegatis; sic enim ait sess. 13. c. 4. *Quoniam autem Christus redemptor noster corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit, idè persuasum semper in Ecclesia Dei fuit* &c. Ubi ad probandam Transsubstantiationem, etiam adfert Traditionem seu communem intellectum Ecclesiæ, seu interpretationem verborum Christi, sicut ad probandum Sacramentum Matrimonii adfert communem intellectum Ecclesiæ seu interpretationem verborum Apostoli. Et consimiliter sess. 14. c. 5. adfert communem intellectum Ecclesiæ, & interpretationem verborum Christi Joan. 20. *Quorum retinueritis* &c. ut ex eis probet institutam & præceptam esse à Domino integram peccatorum Confessionem: *Ex institutione, inquit, Sacramenti Pœnitentiæ jam explicata universa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse à Domino* &c.

Itaque Apost. eò loci ad Ephesios 5. est non ageret de solo Matrimonio Christianorum, cum etiam aliqua adferat, quæ concernunt Matrimonium, ut ab initio institutum; nam & hoc significabat conjunctionem Christi cum Ecclesia, ut supra bene ostendit Valquez, neque à Theologis, qui utuntur hoc loco, negatur: interim tamen præcipue agit de Matrimonio Christianorum, ad quos scribit, addens illa, quæ huic propria sunt ex institutione Christi, scilicet perfectiorem significationem illius conjunctionis per Charitatem, quæ est gratia habitualis, conferenda ex opere operato; ac præterea majorem indissolubilitatem, nam Matrimonium infidelium dissolvitur favore Fidei, quando unus ad Fidem convertitur, & alter perseverat in sua infidelitate, nec sine injuria Fidei vult cohabitare, ut suo loco videbimus, quod non competit Matrimonio Fidelium.

Si Paulus Christianis scribit (inquit Hiqu. supra n. 44.) non debuit solum commendare Matrimonium in iis, quæ ei conveniebant in priori statu, nihil intendens de eo, quod ipsi competit in statu Sacramenti, & quod potius est; quia sic esset mancus in doctrina, si

K k 3

non

21.  
Non aliter  
procedit  
Trid. alibi,  
quàm hic

22.  
Apost. d. loco  
præcipue agit  
de Matr.  
Christiano-  
rum.

non innueret legem in specie, quâ Christiani obligabantur ad mutua officia, præter illam, quæ generalis ab initio fuit; comprehendit ergo utrumque; sed ex scopo magis agit de Matrimonio Christianorum, quod ex lege generali primæ institutionis obligat ad mutua officia, & ex lege speciali Sacramenti. Hæc ille.

23. Unde dicit Apostolus. *Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Verumtamen & vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligit &c.* Ubi Sacramentum magnum vocat, non conjunctionem Christicum Ecclesia, ut vult Erasmus in eum locum, Lutherus, Calvinus & alii hæretici, sed Matrimonium inter marem & feminam, ut hunc locum interpretantur Sancti Patres Chrysostomus, Hieronymus & Alii. Idque ex verbis ipsius Pauli, & contextu facile convinci potest: primò; quia pronomen, *Hoc*, referre debet id, quod proximè præcesserat: nihil autem præcesserat de conjunctione Christi & Ecclesiae, sed de Matrimonio viri & mulieris: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem &c.*

24. Deinde; quia alioquin ratio Pauli nullius esset momenti ad ejus intentum, quod erat, persuadere viris, ut diligant uxores suas, tamquam carnem propriam, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret &c. v. 25. & 26. Sequitur v. 28. *Ita & viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit &c.* Hoc autem non rectè suaderet ex eo, quod conjunctio Christi cum Ecclesia magnum esset Sacramentum & mysterium; rectè tamen ex eo, quod Matrimonium ipsorum esset magnum Sacramentum conjunctionis Christi cum Ecclesia, sic enim imitari Christum deberent.

25. Denique; quia in Græco non dicitur: *In Christo & in Ecclesia*; sed, *In Christum & in Ecclesiam*, ut denotet Paulus, mysterium seu Sacramentum, de quo loquitur, ad Christum & Ecclesiam ejus, tamquam ad rem significatam referri & terminari, & in eo esse, ut ipsum Christum & Ecclesiam occultâ quadam & mysticâ significatione repræsentet.

25. Nec obstat: quod Paulus dicat *Ego autem dico*: Illud enim nihil aliud significat, juxta Hieronymum, Nazianzenum & Alios, quam ego interpretor hoc mysterium seu Sacramentum conjugii de Christo & Ecclesia, id est, significare Christum & Ecclesiam; & ideo magnum est, non solum propter magnitudinem rei significatæ, sed etiam, quia gratiam & Charitatem, quâ Christus unitur Ecclesiae ut sponsæ, in seipso continet, & debi-

tè illud suscipientibus ex opere operato confert. Unde non est nudum signum, sicut à principio fuit, sed signum continens significatum.

Hinc ad illud, quod Erasmus nobis objicit, scilicet nullum esse mysterium, quod uxori vir conjugatur. Respondeo: magnum mysterium est, quod uxori vir conjugatur, sic ut in ipsa conjunctione, id est, contractu Matrimonii, accipiat gratiam sanctificantem, & gratias actuales ex opere operato, ad sustinenda onera Matrimonii. Aliqui respondent ex sententia Chrysoit. & Theophylacti, mirabile sanè esse, ut homo relinquat patrem & matrem, quos unicè diligebat, & qui tot tantq; pro ipso passi sunt, & adhæreat uxori, quam antea nunquam noverat, neque aliquid boni ab ea acceperat. Alii dicunt, mirabile non esse, quod uxori, vir quomodoque jungatur, sed quod unus uni indissolubili vinculo ita jungatur, ut quovis occurrente incommodo, & etiam amissâ spe prolis, jungi nequeant.

Objiciunt præterea Hæretici duo loca D. Augusti. unus ex Tract. 9. in Joan. super hæc verba: *Secundam purificationem Judæorum, ubi: Quid ergo potissimum dicam de aqua primæ hydræ, nisi quod Apostolus ait de Adam & Eva? Nemo enim me dicit pravè intellexisse, quando intellectum non meum, sed Apostoli profero. Illud ergo vinum quantum mysterium de Christo cominet, quod commemorat Apostolus dicens: Et erunt duo in carne una: Sacramentum hoc magnum est? Et ne quis istam magnitudinem Sacramenti in singulis quibusque hominibus, uxores habentibus, intelligeret: Ego autem, inquit, dico, in Christo & in Ecclesia, quod est hoc Sacramentum magnum, erunt duo in carne una.*

Alter locus est lib. 1. de Nuptiis & concupis. c. 21. ibi: *Respondetis etiam convitiis Sacramentum. De me ante peccatum dictum est in Paradiso: Relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quod magnum Sacramentum dicit Apostolus in Christo & in Ecclesia. Quod ergo est in Christo & in Ecclesia magnum, hoc in singulis quibusque viris atque uxoris minimum, sed tamen conjunctionis inseparabilis Sacramentum.*

Respondeo: S. August. nihil aliud velle, quam conjunctionem viri & femine, in se præcisè spectatam, minimum quid esse, in comparatione conjunctionis Christi cum Ecclesia; non tamen ideo negat, esse magnum Sacramentum, ut patet ex ultimis verbis: *Sed tamen conjunctionis inseparabilis Sacramentum.* Et ideo magnum Sacramentum, quia conjunctio illa inseparabilis Christi cum Ecclesia, indubiè magna est.

Quin immo putat Alexand. White in libello,

*Opusculum de hoc Sacramento*  
 bello, qui intulatur: Schismatis Anglicani redargutio. Sect. 5. de Sacram. Matr. §. 6. omnium apertissime August. de hoc Sacramento locutum. Nam, inquit, lib. de Bono conjug. c. 15. sic scribit: *Nec causâ ergo numerosioris prolis fecerunt Sancti nostri, quod Cato dicitur fecisse Romanus, ut traderet viro uxorem, etiam alterius domum filius impleturam. In nostrarum quippe nuptiis plus valet sanctitas Sacramenti, quam fecunditas uteri.* Et ibidem c. 24. *Bonum igitur nuptiarum per omnes gentes atque omnes homines in causa generandi est, & in fide castitatis. Quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate Sacramenti, per quam nefas est, etiam repudio intercedente, alteri nubere, dum vir ejus vivit, nec saltem ipsâ causâ pariendi.*

Idem etiam alibi de conjugio fidelium sic scribit (lib. 1. de Nuptiis & concupif. c. 10.) *Quoniam sanè non tantum fecunditas, cujus fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cujus vinculum est fides, verum etiam quoddam Sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus conjugatis. Unde dicit Apostolus: Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Hujus procul dubio Sacramenti res est, ut mas & femina connubio copulati, quamdiu vivunt inseparabiliter perseverent, nec liceat, exceptâ causâ fornicationis, à conjugate conjugem dirimi. Hoc enim custoditur in Christo & Ecclesia, ut vivens cum vivente in æternum nullo divorcio separetur. Cujus Sacramenti tanta observatio est in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus, hoc est, in Ecclesia Christi, quibusque fidelibus conjugatis, qui sine dubio membra sunt Christi, ut cum filiorum procreandorum causâ vel nubant feminae, vel ducantur uxores, nec sterilem conjugem fas sit relinquere, ut alia fecunda ducatur. Quod si quispiam fecerit, non lege hujus seculi, ubi interveniente repudio, sine crimine conceditur, cum aliis alia copulare connubia, quod etiam sanctum Moysen, Dominus, propter duritiam cordis illorum, Israelitis permisisse, testatur, sed lege Evangelii rem est adulterii, sicut etiam illa si alteri nupserit. Et usque adeo manent inter viventes semel inita jura nuptiarum, ut potius sint inter se conjuges, qui ab alterutro separati sunt, quam cum his, quibus aliis adhaerent. Cum aliis quippe adulteri non essent, nisi ad alterutrum conjuges permanent. Hæc ille.*

Et ut sciamus August. loqui de Sacramento propriè dicto, comparat Matrimonium fidelium cum Baptismo, & Ordinatione, velut cum Sacramentis ejusdem generis, ut videre licet in duobus his locis jam proximè citatis. Hucusque Alex.

Respondet ad hoc Vasquez supra n. 40. qui existimat August. non fuisse locutum de Sacramento propriè dicto; respondet, inquam, ad hoc tantum usum fuisse August.

prædictis exemplis; ut quàmvis solvatur factio ipsum Matrimonium, nihilominus re ipsâ maneat vinculum, sicut character baptizati semper manet, quantumvis ille qui Baptismo Fidem nostram profectus est, ab ea separetur; & sicut manet re ipsâ ordinatus is, qui ab officio removetur: constat autem in illis locis August. non solum agere de vinculo Matrimonii Christianorum, quod est Sacramentum propriè; sed de vinculo cujuscumque Matrimonii in populo Dei: per populum autem Dei intelligit etiam antiquum populum Patriarcharum, ut satis superque probatum est. Hæc ille.

Sed ego satis superque notum esse puto, Augustinum loco ultimo citato solum agere de vinculo Matrimonii Christianorum, minime autem Patriarcharum, quos constat non fuisse in Ecclesia Christi, aut membra Christi; jam autem, ut patet ex verbis relatis, solum loquitur de fidelibus conjugatis, qui sunt in Ecclesia Christi, & sine dubio sunt membra Christi. Et quàmvis expressis verbis non dicat, Matrimonium eorum conferre gratiam sanctificantem; tamè satis illum effectum insinuat, quando specialiter affirmat, Matrimonium in ipsis esse sanctum, & plus valere sanctitatem Sacramenti, quàm fecunditatem uteri, cum tamen in Patriarchis, & populo Israelitico, plus videatur valuisse fecunditas uteri; nam ad hanc fecunditatem concessum fuit Patriarchis, & populo Israelitico, accipere plures uxores, quod in lege Christi prohibitum semper fuit; ut etiam libellus repudii semper fuit illicitus & invalidus.

Et hinc, ut supra adhuc dixi, in lege veteri non fuit gratia ita necessaria, ut in lege nova, ad sufferendas molestias in statu Matrimonii; quia tunc per polygamiam, repudium, ac aquas zelotypiæ occurrebant multis difficultatibus conjugii, ob quas jam gratia est magis necessaria. Ideoque bene urget S. August. majorem indissolubilitatem Matrimonii in Ecclesia Christi, & specialiter propterea vocat hoc Matrimonium, Sacramentum; quia ratione ejus, gratia Sacramenti à Christo fuit ei annexa.

Iraque non malè Theologi utuntur illo testimonio D. August. contra Hæreticos (nisi velis admittere, Tridentinum malè uti testimonio Apostoli contra Hæreticos) non quòd apertissime ibi August. significet Sacramentum propriè dictum, sic ut non possit alio modo explicari; cum & testimonium Apostoli non sit ita apertum, quin aliam patiatur explicationem, ut Scotus supra satis ostendit; sed quòd saltem sic possit explicari, & nullum aliud testimonium vel in August. vel in aliis PP. apertius reperiatur; sicuti nec ulla Scriptura apertior. Siquidem quod dicitur 1. ad Timoth. 2. v. 15. *Salvabitur autem (uxor)*

31. Rejicitur.

32. Non malè Catholicis utuntur testimonio D. August. contra Hæreticos.

per



An bene pro-  
betur Sacra-  
mentum  
Matr. ex  
Apost. 1.  
Timot. 2.  
Vasquez.

per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate, intelligi potest, non de peculiari sanctitate, collata in Matrimonio ad usum illius, sed de sanctificatione totius vitæ per bona opera. Videtur autem Paulus (inquit Vasquez supra n. 66.) ibi consolari mulieres, ut contentæ sint filiorum procreatione, neque in Ecclesia prædicare & docere velint; quia satis illis erit in statu conjugii (cujus munus est, filios procreare) salvari. Ne autem putarent id eis sufficere ad salutem, subdidit: *Si permanserit* &c. quasi diceret, ut salventur mulieres in matrimonio, ita satis illis erit filios procreare, ut tamen etiam simul seruent fidem maritis, eoque diligant, & in sanctificatione bonorum operum cum sobrietate permaneant, alioquin neque per procreationem filiorum, aut in ea salvari poterunt. Hæc ille. Et verò si magis aperta esset hæc scriptura, cur Trident. illà non uteretur, sicuti utitur testimonio Apost. ad Ephes. 5.?

33.  
Ostenditur,  
testimonia  
aliorum PP.  
non esse aper-  
tiora testi-  
monio D.  
Aug.

Sed neque testimonia aliorum PP. aperi-  
tiora esse testimonio D. August. patet con-  
sideranti singula. Chrysostr. Homil. 56. in  
Gen. loquens de conjugio Jacob cum Lia,  
filia Laban, & comparans illud cum conju-  
gio Christianorum, inquit: *Quomodo enim  
non absurdum, si nos, qui tantam accepimus gra-  
tiam & misericordiam, & terribilium ineffa-  
biliumque Sacramentorum participes sumus,  
hac in re inferiores sumus Laban, qui cultui  
Idolorum adhuc erat deditus? An non audis  
Paulum dicentem, quod Sacramentum sunt nup-  
tiae, & imago dilectionis Christi, quam erga Ec-  
clesiam declaravit?* Hæc ille.

Testimo-  
nium Innoc.  
1.

Innoc. 1. Papa Epist. 9. ad Probum, in-  
terrogatus de quodam secundo conjugio,  
contracto adhuc vivente priori conjugio, sic  
respondet: *Struimus, Fide Catholicâ suffra-  
gante, illud esse conjugium, quod primus erat  
gratiâ divinâ fundatum.* Non videtur autem  
alia gratia posse intelligi, nisi collata per Sa-  
cramentum Matrimonii, quâ quodammodo  
tam ipse contractus, quàm vinculum Ma-  
rimoniale confirmatur.

34.  
Item D.  
Ambrosii

Et ante Innoc. Ambros. lib. 1. de Abraham  
Patriarcha c. 7. postquam hæc verba præmi-  
sit: *Discite etiam, qui ad gratiam Baptismatis  
renditis, velut quidam Fidei candidati, conti-  
nentie disciplinam sobriam: multa que subjun-  
xit de servanda continentia, & fide conjuga-  
li, ita concludit: Cognoscimus velut præsullem  
custodemque conjugii esse Deum, qui non patia-  
tur alienum thorum pollui. Et si quis fecerit,  
peccare eum in Deum, cujus legem violet, gra-  
tiam solvat. Et quia in Deum peccat, Sacramen-  
ti celestis amittit confortium.* Hæc ille.

Auctor etiam Commentarii illius, qui  
tribuitur Ambrosio, in Epist. ad Ephes. c. 5.  
in fine, considerans verba Pauli Apost. Sa-

cramentum hoc magnum est &c. ait: *Mysterii  
Sacramentum grande in unitate viri ac femine  
esse significat. Nec hoc prodit, sed aliam causam,  
quæ non discordet à memorato mysterio flagitat,  
quam scilicet ad profectum humani generis pertine-  
re, hoc est, Ecclesie & Salvatoris, ut sicut, re-  
lictis parentibus, homo uxori suæ adhaeret, ita  
& relicto omni errore, Ecclesia adhaeret, &  
subjiciatur capiti suo, quod est Christus.*

Et ante hos omnes Siricius Papa Epist. 1.  
ad Himerium Tracon. c. 4. sic scribit: *De  
conjugali autem violatione requisisti, si despon-  
satam (de præfenti) alii puellam, aliter in Ma-  
rimonium possit accipere. Hoc ne fiat, omnibus  
modis inhibemus: quia illa benedictio, quam  
nupturæ Sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam  
sacilegii instar est, si ullâ transgressione violetur.  
Non foret autem sacrilegium, si Matrimo-  
nium non esset verum & propriè dictum Sa-  
cramentum.*

Et verò hujus benedictionis, cujus ibi  
meminit Siricius, etiam alii Pontifices, Con-  
cil. & PP. meminerunt: Evaristus Epist. 1.  
quæ est ad omnes Episcopos Africanos c. 2.  
quod sic incipit: *Aliter enim legitimum (aut à  
PP. accepimus, & à sanctis Apostolis, curam-  
que successoribus traditum invenimus) non fit  
conjugium, nisi ab his qui super ipsam feminam  
dominationem videntur habere, & à quibus cas-  
podiatur, uxor petatur, & à parentibus aut pro-  
pinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, &  
suo tempore sacerdotialiter (ut mos est) cum pre-  
cibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur  
&c.*

Consonat Conc. Carthag. 4. can. 13. lo-  
quentis tenoris: *Sponsus & sponsa, quibus be-  
nedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis vel à  
paranympis offerantur.*

Item Ambr. in Epist. 70. quæ est ad Ve-  
giliam, aliquantulum à principio, contra  
Matrimonia inita cum alienigenis, & alio-  
rius Religionis, ait: *Nam cum ipsum conju-  
gium velamine Sacerdotali & benedictione lau-  
dificari oporteat, quomodo potest conjugium dici,  
ubi non est fidei concordia? Itaque post adven-  
tum Christi, Matrimonium tractari & cele-  
brari cepit ritibus sacris, cur hoc, nisi quia  
à Christo fuit elevatum ad dignitatem veræ  
& propriè dicti Sacramenti? Quocirca Conc.  
Trident. sess. 14. non contentum testimonio  
Apostoli ad Ephes. 5. ubi docet, gratiam Sa-  
cramentalem fuisse insinuatam, recurrit ad  
sanctos PP. Concil. & universalis Ecclesie  
Traditionem.*

Quod etiam ante Trident. fecit Doct.  
Subt. supra n. 13. *Sed quia communiter tenet  
Ecclesia, Sacramentum Matrimonii esse septi-  
mum inter Ecclesiastica Sacramenta, & de Sa-  
cramentis Ecclesie non est aliter sentiendum,  
quam sentit Ecclesia Romana, extra de Hæresi-  
cis, Ad abolendam. Ideo dici potest, quod con-  
tractus*

tractui matrimonialis annexuit Deus Sacramentum proprie dictum, saltem pro lege Evangelica, alioquin non esset Sacramentum novae Legis: Et tunc oportet dicere, quod institutum fuit à Christo, sicut universaliter dictum est supra de Sacramentis Ecclesiasticis.

Porro cap. Ad abolendam, quod hic citat Scotus, est Lucii. 3. & sic sonat: Ad abolendam: Et infra: Universos, qui de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, vel de Baptismate, seu de peccatorum Confessione, Matrimonio, vel reliquis Sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuent, quam sacrosancta Romana Ecclesia praedicat & observat &c. vinculo perpetui anathematis immodamus. Quapropter non tantum, Potest dici, ut loquitur Scotus, quod Matrimonium sit proprie dictum Sacramentum; sed etiam debet dici, immo haereticus foret, qui contrarium diceret hoc tempore, propter definitiones Concil. supra allatas, quae tempore Scoti necdum erant in Ecclesia; & ideo forte dixit: Potest dici, quia tunc nondum res illa erit Fidei, prout modò est.

Sed contra arguunt haeretici, Lutherus lib. de Captivitate Babylonica cap. de Matrim. Calvinus lib. 4. Instit. c. 19. §. 34. & Beza in annotat. ad 1. cap. Epist. ad Ephes. non constat ex Scriptura, Matrimonium esse institutum à Christo Sacramentum, ad conferendam gratiam suscipientibus. Nam ad Ephes. 5. pro Sacramento in Graeco est *μυστήριον*, Latine, mysterium. Ex eo autem, quod dicatur mysterium, non sequitur, esse Sacramentum unum ex septem ad conferendam gratiam; alioquin & omnia mysteria essent eo modo Sacramenta, quod constat esse falsum. Adde; quod multa alia Sacramenta appellamus, quae tamen non sunt à Christo instituta ad gratiam conferendam, neque inter septem illa commemorantur.

Hoc est praecipuum argumentum haereticorum, qui volunt, omnes veritates Fidei debere clare exprimi in Scriptura, in quo graviter errant, cum in multis necessariò recurrendum sit, etiam illis ipsis haereticis, ad Traditionem, quod diffusius possemus ostendere, sed non est hujus loci. Concedimus itaque, ex Scriptura, sive illa ad Ephes. sive alia quacumque, nudè considerata secundum sensum litteralem, non satis efficaciter probari hanc veritatem, ita ut convincatur intellectus, nec possit aliquid opponere, ut satis patet ex jam dictis; equidem secundum sensum, quem tenuit & tenet sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu & interpretatione Scripturarum sanctarum (teste Concil. Trident. sess. 4. in decreto de Editione & usu sacrorum librorum) illis verbis Apostoli innuitur gratia sacramentalis; & ideo meritò inter novae Legis Sacramenta annumerandum Matrimo-

monium, SS. PP. nostri, Concilia, & universalis Ecclesiae traditio semper docuerunt, quod sufficit, ut haec res dicatur Fidei.

Et verò nil mirum, Paulum non fuisse usum illà voce, *Sacramentum*; nam scripsit Graecè, adedòque *Mysterium* dicere debuit. Vertit autem Latinus Interpres *Sacramentum*, non ex ignorantia linguae Graecae, sed ex ejus peritia; quia *Sacramentum* Latine, Graecè dicitur, *Mysterium*. Porro optime vertisse Latinum Interpretem, vel ex hoc satis patet, quod Graeci, qui Apostolum non nisi Graecè legunt, ex cap. 5 ad Ephes. Sacramentum Matrimonii colleggerint. Siquidem Anno Domini 1576. Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus, nomine suo, & reliquorum Graeciae Praesulum, censuram edidit ad Confessionem Augustanam Lutheranorum, in qua censura cap. 7. legimus, Matrimonium divinum Sacramentum esse, atque unum ex illis septem, quae Christus & Apostoli Ecclesiae tradiderunt, ubi quoque allegatur cap. 5. Ad Ephes. Ex quo & illud sequitur: non esse hoc dogma proprium Pontificiorum, cum idem doceant Graeci, qui à Romani Pontificis obedientia longo jam tempore recesserunt.

Objiciunt praeterea Calvinus lib. 4. Instit. cap. 19. §. 36. & Kemnitius in 2. parti. Exam. p. 1207. Pontificii Matrimonium immunditiam, & pollutionem, & carnales fordes appellant; ergo secum ipsi pugnant, cum Sacramentum esse volunt; neque enim Sacramentum immundities, & pollutio, & fordes dici possunt. Antecedens probat Kemnitius ex Epist. Siricii Papae supra allegata, ubi verba illa: *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt*, ad conjugium accommodari videntur, quasi illi in carne sint, & Deo placere non possint, qui nuptiis copulantur. Ibidem etiam Sacerdotibus nuptiae interduntur, ob illa verba Scripturae, quae proprie ad Sacerdotes pertinent: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et: Mundamini qui fertis vasa Domini.*

Respondetur: Pontificios nusquam legitimum Matrimonium vocare immunditiam, pollutionem, & carnales fordes; nam Siricius dum utitur illà voce, *Pollutio*, loquitur manifestè de illegitimis conjunctionibus eorum, qui post peractam publicam poenitentiam, eas repetebant, ut patet ex cap. 5. tum in principio, ubi sic lego: *De his verò non incongruè dilectio tua Apostol. Sedem credidit consulendam, qui acta poenitentia tanquam canes & sues ad vomitus pristinos, & ad volubra redeuntes, & militiae cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denudè appetivè concubitus.* Tum etiam in fine: *Quam formam & circa mulieres,*

L1 res,

39. Quare Paulus non fuit usus voce, Sacramentum.

Graci docent Matrimonium esse verum Sacramentum.

40. Secunda obiectio ex Calv. & Kemnitio.

Siricius.

41. Solutio, Pontificios nusquam legitimum Matrimonium vocare immunditiam &c. Siricius.

res, quæ se post penitentiam talibus pollutionibus (scilicet, propter quas egerant penitentiam) devinxerunt, servandam esse censemus. Nemo autem, propter Matrimonium legitime contractum, penitentiam publicam agit.

42.  
Explicatur  
Siri ius,

Porro cap. 7. ubi adfert illa verba: *Qui in carne sunt. Deo placere non possunt.* Et ista: *Sancti estote* &c. tractat de sacre legis conjugii seu potius commixtionibus Sacerdotum & Levitarum novæ Legis. Plurimos, inquit, *Sacerdotes Christi atque Levitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hæc præscriptione defendere; quia in veteri Testamento Sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa.* Dicat mihi nunc, quisquis illa est, sectator libidinum, præceptorque vitiorum, se æstimat, quod in lege Moysi passim sacris Ordinibus à Domino laxata sunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, præmonet, dicens: *Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester? Cur etiam procul à suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare iussi sum Sacerdotes? Hæc videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possent carnale exercere commercium, ut conscientie integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent.*

Ubi legitimum Matrimonium Sacerdotum veteris legis, non vocat immunditiam, aut pollutionem, vel carnales fordes, sed ad summum appellat carnale commercium, quod indubiè verum est, intelligendo per Matrimonium usum Matrimonii, ad quem in illo populo matrimonium maximè ordinabatur; alioquin intelligendo per matrimonium ipsum contractum, quem nos dicimus esse Sacramentum, potius spirituale commercium per conjunctionem animorum seu consensum, quam carnale, per conjunctionem corporum appellari deberet.

43.  
Causa, ob  
quam Sacer  
dotibus ve  
teris Legis  
fuerit per  
missus usus  
conjugii.

Sequitur apud Siricium: *Quibus etiam (Sacerdotibus veteris Legis) expleto desertionis suæ tempore, uxorius usus (non ait, Immunditias, aut, Pollutio) saltem successionis causâ fuerat relaxatus, quia non ex alia, nisi ex Tribu Levi, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti.* Ubi exprimit causam quare potius Sacerdotibus veteris Legis fuerit permissus usus conjugii, quam permittatur hic usus Sacerdotibus novæ Legis. De quibus statim subiungit:

Apoc. 14.

*Unde & Dominus Jesus, cum nos suo illustrasset adventu, in Evangelio protestatur, quia legem venerit implere, non solvere. Et idè Eccliam, cuius sponsus est speciosus forma, castitatis voluit splendore radiare, ut in die iudicii, cum rursus advenerit, sine macula & ruga eam possit, sicut per Apostolum summi instituit, reperi-*

re. *Quarum sanctionum Sacerdotes omnes atque Levitæ insolubili lege constringimur, ut à die Ordinationis nostræ, sobrietati ac pudicitie, & corda nostra mancipemus & corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, quæ quoties offerimus, sacrificiis placeamus. Qui autem in carne sunt, dicente electionis Vase, Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis.*

Ubi particula: *Dummodo*, vim habet finalis, ac si dicat Pontifex: *Idè præceptum castitatis, etiam cum propriis uxoribus, Sacerdotibus novæ Legis Christus imposuit, ut in suis sacrificiis Deo per omnia placerent, quasi aliàs in sacrificiis suis Deo per omnia placere non possent, non quod offerendo peccarent, sed quia non perfectâ conscientia, sicut in Lege Evangelicæ tantum Sacrificium decebat, Deo ministrarent.*

Quod igitur postea addidit: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt*, non ita tantum intellexit, ut significaret eos, qui vetitis utuntur conjugii, aut abique conjugio turpiter coeunt, Deo displicere in peccatores; sed etiam eos, qui ad uxores (secluso præcepto) sine peccato accedunt, non posse eâ conscientie integritate, & splendore castitatis, qui tantum sacrificium decebat, Deo ministrare.

Licet ergo legitimus usus Matrimonii non sit immunditia, quoad peccatum; tamen immunditia quoad indecentiam, est, aliqua indecentia status sacerdotalis, quia ex fervore illo carnis mens aliquantum distrahitur, & ad diuina tractanda receditur minus apta. Quinimò omnis concubitus matrimonialis posset vocari immunditia, ratione concupiscentiæ, & rebellis membrorum.

Nonne 1. Regum 21. interrogavit Sacerdos Davidem, petentem panes propolionis: *Si mundi sunt quæsi maxime à mulieribus?* Et respondit David: *Et quidem si à mulieribus agitur, continemus nos ab heriè nudifertius.* Ex quo loco rectè probat factus Hieronymus l. 1. in Jovinianum, et ceterum carnalem etiam in conjugatis immunditiam dici posse. Hinc Apocal. 14. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt conjugati; virgines enim sunt.* Ubi omnis actus, quo perditur virginitas, qualis indubiè est actus conjugalis, vocatur coniugatio.

Denique si nihil turpe in actu conjugali est, cur homines erubescunt, neque coram aliis eum actum exercere audent? Et cur Levit. 18. & 20. perpetuè instrumenta ejus actus, *Turpitudinis*, vocabulo appellantur? Quare propter hujusmodi inquinacionem, de qua loquitur Apoc. & immunditiam, de qua

Abimelech in libris Regum, & turpitudinem, de qua Moyses in Levit. rectè dici potest Sacerdotibus: *Mundamini qui feris vasa Domini.*

Præterea 1. Corinth. 7. Apostolus virginem conferens cum conjugata, dicit: *Virgo cogitat, que Domini sunt, quomodo placeat Deo, ut sit sancta corpore & spiritu.* Placet igitur virgo Deo aliquo modo, quo non placet conjugata; & sancta est virgo corpore, & spiritu, aliquo modo, quo sancta non est conjugata: quamobrem non malè dici possit de conjugatis: *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt*, id est, qui carnalibus curis, ob nuptias, sunt implicati, cogitant quæ mundi sunt, quomodo placeant uxori, & idè Deo placere non possunt eo gradu, quo placere potest virgo. Et ad eundem modum Sacerdoti ob cælibatum rectè accommodatur illud: *Sancti estote*, nimirum corpore & spiritu, quomodo conjugati sancti esse non possunt, licet etiam ipsi suo modo sancti sint. Ita Bellar. de hoc Sacram. lib. 1. c. 5.

Non igitur prohibetur Matrimonium Sacerdotibus, & aliis hominibus in sacris Ordinibus constitutis, quasi sit aliqua repugnantia ex natura rei inter hæc duo Sacramenta; sed ob eminentiam illius statûs, & puritatem divini cultûs, qui majorem munditiam exigit, & separationem à negotiis secularibus: *Nemo quippe militans Deo*, inquit Apost. 2. ad Timoth. 2. v. 4. *implicat se negotiis secularibus: Qui autem cum uxore est, sollicitus est que sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisisus est*, 1. Corinth. 7. v. 33. Alioquin qui uxores duxerunt, & ex consensu mutuo continentiam perpetuam profiterentur, sacris Ordinibus initiari posse, indubitatum est, quo casu & veri conjuges (quoniam per votum continentie aut Sacramentum Ordinis non solvitur vinculum Matrimonii, aut Sacramentum Matrimonii perit) & veri Sacerdotes erunt; adedque non pugnant hæc Sacramenta inter se.

Si dixeris: coitus cum uxore est pars Sacramenti; ergo si sacri homines non arcentur à Matrimonio, quatenus est Sacramentum, sequitur, eos non arceri etiam à coitu & usu conjugali. Respondeo Negando Antecedens; intellectum de parte essentiali. Ut autem esset pars integralis, ut putat Bellar. supra, tunc Nego Consequens. & dico: quòd sicut sacri homines arcentur à Matrimonio, quod est Sacramentum; ita etiam eos arceri à coitu & usu conjugali, qui est pars integralis Matrimonii seu contractûs matrimonialis, qui est Sacramentum. Jam autem aliud est arceri à Matrimonio, quod est Sacramentum, & arceri à Matrimonio, quatenus est Sacramentum; hoc enim nihil aliud significat, quam rationem Sacramenti pro-

prie dicti, non esse præcisam rationem, quare sacri homines à Matrimonio arceantur. Quæ ergo ratio? Respondeo: copula carnalis, curæ sæculares, & similia impedimenta divini cultûs, quæ ordinariè Sacramentum consequuntur.

Neque est absurdum (inquit Bellarm. supra) eos qui unum Sacramentum habent, arceri ab alio, licet utrumque sanctum & Deo gratum sit, quando unius ministerium, alterius functionem impedit. Nam & Apostoli Act. 6. rejecerunt à se munus ministrandi mensis, ut verbo Dei & orationi diligentius instare possent: & tamen utrumque opus pium & charitatis erat. Et 1. Timoth. 5. reprehenduntur viduæ, quæ ad ministerium Ecclesiæ assumptæ nubere volebant, quia nimirum non facillè poterant nuptiis simul & ministerio Ecclesiæ satisfacere. Hæc ille.

Sed, meo judicio, salvo meliori, non reprehenduntur; quia non poterant facillè nuptiis simul, & ministerio Ecclesiæ satisfacere, sed quia volebant nubere, non obstante voto castitatis. Hæc sunt verba Scripturæ: *Adolescentiores autem viduas devota. Cum enim luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Ubi per *Primam fidem*, licet Calvinus, qui oderat votum continentie, intelligat promissionem continentie, factam Ecclesiæ, ut viduæ eò expeditis in Ecclesia ministrarent; communiter tamen SS. PP. & DD. Catholici intelligunt votum continentie, seu promissionem continentie, factam Deo, ut videre poteris apud Cornel. à Lapide in suo Comment. in hunc locum.

Ex his patet, quid dicendum ad illud, quod Calvinus supra adducit ex Can. *Connubia*, 32. q. 2. *Connubia legitima carent quidem peccato: non tamen tempore illo, quo conjugales actus geruntur, presentia Spiritûs sancti dabitur.* Ita Origenes Homil. 6. in Numeros. Patet, inquam, respondendum, secundum Catholicos, non confici Sacramentum, quando conjugales actus geruntur (nisi fortè hi actus forent signum consensûs, quod rarissimum est) & idèd tunc specialiter non dari præsentiam Spiritûs sancti, id est, non dari gratiam sanctificantem ex opere operato, quamvis alioquin quando actus conjugalis est opus justitiæ, aut charitatis, possit per eum dari gratia ex opere operantis, quod ibi non negat Origenes: immò etiam gratia ex opere operato, si foret signum externum interni consensûs, quod, sicut mox dixi, rarissimum est, & idèd benè generaliter dixit Origenes, tunc specialiter non dari Spiritum sanctum.

Omitto argumentum Kemnitii 2. part. Exam. pag. 1220 desumptum ex eo, quòd Sacramenta debeant habere promissionem

L. 1. 2

gra-

49. Unum Sa<sup>2</sup> cramentum aliquando impedit aliud, ex Bellarm. l. 6. 1. Tim. 5.

50. Resp. ad arg. Calvini desumptum ex c. 4. 3. 2. q. 2. Origenes.

51. Solvitur argum Kemnitii.

gratiæ ad remittenda peccata mortalia. Omitto, inquam, hoc argumentum, quia Assumptum istud, apud omnes Catholicos clarè falsum est, cum Omnes distinguant inter Sacramenta vivorum & mortuorum in eo, quòd Sacramenta vivorum (inter quæ numeratur Matrimonium) principaliter instituta sint ad conferendum augmentum gratiæ sanctificantis, Sacramenta autem mortuorum (putà Baptismum & Pœnitentiam) ad causandam primam gratiam sanctificantem. Itaque ex hoc, quòd Matrimonium non remittat peccata mortalia per se & principaliter, non rectè inferitur, Matrimonium non esse propriè dictum Sacramentum novæ Legis; nisi etiam Confirmationem, Eucharistiam, Extremam Unctionem, & Ordinem, negaveris esse verè & propriè dicta Sacramenta novæ Legis. Atque hæc sufficienter pro solutione argumentorum, quæ ab hæreticis contra hoc Sacramentum adducuntur.

52.  
Sententia  
Durandi,  
Matrimo-  
nium non  
habere ple-  
nam univo-  
cationem  
cum aliis Sa-  
cramentis.

Ephes. 5.

Restant solvenda aliqua argumenta Durandi, quibus conatur probare, Matrimonium non habere plenam univocationem cum aliis Sacramentis. Tenendum est absolute, inquit hic Auctor 4. dist. 26. q. 3. quòd Matrimonium est Sacramentum, cum hoc determinet Ecclesia extra de Hæreticis. *Ad abolendam* ... Matrimonio etiam competit generalis ratio Sacramenti, quæ est, quòd Sacramentum est sacræ rei signum. Matrimonium enim significat conjunctionem Christi & Ecclesiæ. Unde Apostolus loquens de Matrimonio Ephes. 5. dicit: *Sacramentum hoc magnum est.* &c.

Duo ergo sunt tenenda in Matrimonio, nec opposita eorum possunt teneri vel assumi, sinè periculo hæresis. Primum est, quòd Matrimonium est licitum, & idèd Taceani & Marciani, & ceteri, qui nuptiis detrahunt, censentur hæretici. Secundum est, quòd Matrimonium est Sacramentum eo modo, quo sacræ rei signum est Sacramentum: & dicere oppositum, similiter est hæreticum, cum sit contrarium dicto Apostoli jam allegato: Matrimonium enim, initiatum inter conjuges per consensum animorum, signat conjunctionem Christi & Ecclesiæ per Fidem & Charitatem; Matrimonium verò consummatum significat conjunctionem Christi & Ecclesiæ per conformitatem naturæ assumptæ; & sic est Sacramentum.

Præter autem duo prædicta, sunt alia duo circa Matrimonium, circa quæ, sine periculo hæresis, licitum est contraria opinari, quorum unum est theologicum, videlicet utrùm in Matrimonio conferatur gratia ex opere operato, sicut in aliis Sacramentis novæ Legis. Secundum est logicum, videlicet: utrùm Matrimonium habeat plenam univocationem cum aliis Sacramentis. Hæc ille.

Et prosequitur: Quantum ad primum, aliter opinantur Juristæ, & aliter Theologi. Juristæ enim, qui noverunt textum Decretorum & Decretalium, in quibus mens Romanæ Ecclesiæ exprimitur, & fuerunt expolitores & glossatores Canonum & Decretalium, & aliqui eorum fuerunt de collegio Cardinalium S. Rom. Ecclesiæ, tenent, quòd in Sacramento Matrimonii non conferatur gratia. Gaufridos enim in Summa sua tit. de Sacramentis non iterandis, dicit sic: Fit & alia divisio Sacramentorum, quædam enim sunt, in quibus conferatur gratia, ut infra q. 1. *Quidquid*, ut sunt Sacramenta necessitatis & Ordinis. Quædam sunt, in quibus gratia non conferatur, ut Matrimonia cum contrahuntur, & ob hoc in eorum contractu gratia interveniunt, ut 32. q. 2. *Honorantur*, & conditiones pecuniariæ apponuntur, ut patet extra de Condit. appol. in Matr. cap. *Dillis*. Hæc Gaufridos. Et similia refert ibidem Durandus ex Ostiensis & Bernardo, & concludit, dicens:

Igitur secundum prædictos DD. in Sacramento Matrimonii non conferatur gratia. Quorum opinio, an sit vera, an falsa, & allegationes, quas de jure Canonico proferunt, an bene adducantur per eos, an male, non determino quoad præsens. Sed solam hoc accipio tanquam verum, quòd cum prædicti DD. noverint jura Canonica: & eorum scripta & dicta habeantur à Papa & Cardinalibus, & à Prælatibus, & ceteris Ecclesiarum Rectoribus, quorum est specialiter fore, quid Ecclesia Rom. prædicat & observat, præscripta eorum, quò ad prædictum articulum de Matr. reproberentur, tanquam erronea, vel contraria determinationi Ecclesiæ: quòd sentire, quòd per Sacramentum Matrimonii non conferatur gratia, non est contra determinationem Ecclesiæ: nec contra id, quòd Rom. Ecclesia prædicat & observat. Huic etiam opinioni consentit Mag. Sent. lib. 4. dist. 2. circa principium dicens sic: *Quòd Sacramentorum novæ legis alia, remedia contra peccata præbent, & gratiam adjuricem conferant, ut Baptismus. Alia in remedium tantum sunt, ut conjugium. Alia gratia & virtute nos fulciant, ut Eucharistia & Ordo.* Igitur tam ex dictione, quam ex dictione exclusiva, cum dicitur: *In remedium tantum sunt, ut conjugium*, videtur Mag. Sent. Sacramentum Conjugii ibi gregasse à collatione gratiæ. Hucusque Durandus.

Respondet Bellar. supra: quòd attinget ad auctoritatem Interpretum juris Canonici, non multum refert, quid Pauci quidam ex illis senserint; tum, quia communis sententia in Rubr. de Sponsalibus & Matr. est in contrarium, ut notavit Navar. in Enchir. c. 19. n. 22. tum quia in his, quæ ad jus divi-

num pertinent, qualia sunt Sacramenta, major fides habenda est Theologis, qui veri sunt juris Divini Consulti, quam Canonistis, qui in solis humanis legibus versantur.

Nec valet quidquam Durandi argumentatio, qui ex eo probat, magnam esse Canonistarum auctoritatem, quia ipsi probè norunt sententiam & fidem Rom. Ecclesiæ. Nam sententiam Rom. Ecclesiæ norunt Canonistæ in iis, quæ ad humanos Canones pertinent; non autem in iis, quæ pendunt ex jure divino; neque Canonem ullum in toto corpore juris invenient, ubi habeant Matrimonii Sacramentum gratiam non conferre. Hæc ille.

Quantum autem ad sententiam Mag. ostendit Doct. Angel. 4. dist. 2. q. 1. a. 1. quæstionculâ 2. eam non differre à sententia communi. Ad 3. (inquit) dicendum, quod unumquodque denominatur ab eo, ad quod est. Gratia autem, quæ in Matrimonio confertur, secundum quod est Sacramentum Ecclesiæ, in fide Christi celebratum, ordinatur directè ad remedium concupiscentiam, quæ concurret ad actum Matrimonii, & idè Mag. dicit, quod Matrimonium est tantum in remedium, sed hoc est per gratiam, quæ in eo confertur. Ita S. Tho. Etque sententia communitur.

Ad rationem Canonistarum rectè respondet Doct. Angel. 2. 2. q. 100. a. 2. ad 6. Dicendum quod Quidam dicunt, quod pro Matrimonio licet pecuniam dare, quia in eo non confertur gratia. Sed hoc non est usquequaque verum, ut in 3. parte hujus operis dicitur. Et idè aliter dicendum est, quod Matrimonium non solum est Ecclesiæ Sacramentum, sed etiam naturæ officium. Et idè dare pecuniam pro Matrimonio, in quantum est naturæ officium, licitum est: in quantum verò est Ecclesiæ Sacramentum, est illicitum. Et idè secundum jur. prohibetur, ne pro benedictione nuptiarum aliquid exigatur. Hæc ille.

Itaque pactum de dote, non fit propter gratiam, quam recipit uxor; sic enim & cum marito quoque paciscendum foret, cum & ipse etiam gratiam recipiat; sed pactum illud eodem modo fit, & eadem de causa, quâ, antequam Matrimonium erat verum & propriè dictum Sacramentum, fiebat, & sicut aliàs fieret, tamen si non foret Sacramentum, videlicet pro sustentanda uxore, & sustinendis aliis oneribus Matrimonii, quatenus civilis quidam contractus est. Ergo propter evitacionem simoniæ, quam solam Canonistæ allegant, non est neganda Matrimonio collatio gratiæ sanctificantis.

Sed nunquid propter rationem Durandi? Sacramentum (inquit ille) aut confert gratiam non habenti, nisi ponat obicem; aut si habet, auget eam: sed Matrimonium nullum istorum facit: ergo &c. Major supponitur. Minor probatur: quod enim Matrimo-

nium non conferat gratiam non habenti, satis patet, quia hoc pertinet solum ad Sacramenta, quæ ordinantur ad remissionem culpæ mortalis, ut sunt Baptismus & Pœnitentia; nec auget eam priùs habenti: quia continentibus in gratia, & postea contrahentibus, non augetur gratia, sed potius minuetur; quia melius est continere, quam nubere, secundum illud Apost. 1. Cor. 7. *Qui nubit bene facit, qui non nubit melius facit*; ergo &c. Hæc ille.

Sed Bellar. suprâ, hanc rationem vocat indignam tanto Theologo. Respondet autem ad eam: Matrimonii Sacramentum gratiam conferre, quæ & prima, & secunda dici possit. Nam etiam si hoc Sacramentum non sit principaliter institutum ad remittenda peccata, tamen ea remittere potest eo modo, quo à Sacramentis Eucharistiæ, Confirmationis, & Ordinis remittuntur, & siquidem id fiat, erit prima gratia; si autem, erit secunda.

Neque obstat: quod continentia sit excellentior Matrimonio; nam aliud est comparare statum cum statu; aliud statum cum Sacramento. Status continentiæ altior est statu Matrimonii, & majoris gratiæ & meriti: *Qui enim nubit &c.* Sacramentum tamen semper auget gratiam, in quocumque statu suscipiatur. Quare continens dum Matrimonium contrahit, in gratia crescit; sed si idem continens, propter Deum nuptias humanas contempserit, plus gratiæ apud Deum invenisset, quàm sit illa, quæ per Sacramentum Matrimonii datur. Hæc ille.

Appositè Doctor Seraphicus 4. dist. 26. a. 2. q. 2. n. 23. *Ad illud*, inquit, quod obicitur, quod tunc omnes deberent accipere uxores, dicendum, quod in Matrimonio datur gratia ad remedium, sed in voto (continentiæ) disponitur anima per gratiam ad perfectius remedium. Unde quia perfectius minus perfectio est præponendum, idè non omnes debent nubere, sed melius faciunt, qui vovent continentiam. Sed quia non omnes capiunt verbum, idè utrumque est necessarium, & remedium voti & Religionis, & remedium matrimonialis conjunctionis. Remedium, inquam, contra triplicem inordinationem concupiscentiæ.

Concupiscentia enim (inquit ibidem D. Bonav. n. 21.) *inclinat ad multas, quia luxuriosus ordinatio non est una contentus, & in Matrimonio datur concupiscentiæ gratia homini, ut soli uxori velit conjungi, & ita pronitas ad multas excluditur per copulam singularem. Concupiscentia etiam inclinatur ad delectationem, non ad utilitatem; quia luxuriosus non querit nisi satisfactionem appetitivæ: datur ergo gratia in Matrimonio, ut non recognoscat uxorem, nisi propter prolem; & ita excluditur delectatio appetitivæ per copulam utilem. Item concupiscentia fastidium generat post impletionem: unde luxuriosus postquam cognoverit unam,*

Resp. Bellar.

59. Occurritur objectioni.

60. Alia obiectio. solvitur ex D. Bonav.

Triplex in- ordinatio. concupiscentiæ. ex eod.

unam, illam respuit, & vadit ad aliam. In Matrimonio vero datur gratia, ut semper velit esse cum una, & ita excluditur variarum concupiscentia per copulam inseparabilem. Ex copula singulari oritur bonum fidei, ut ad aliam non accedat. Ex copula utili bonum prolis. Ex copula inseparabili bonum Sacramenti. Hactenus D. Bonavent.

61. Sed revertamur ad Durandum, qui alia plura adducit argumenta, ut probet, Matrimonium non habere plenam univocationem cum aliis Sacramentis: Sciendum est (inquit hic Auctor) quod cum univoca sint, quorum nomen est commune, & ratio, id est definitio secundum illud nomen est eadem, discurrendum est per rationes seu definitiones Sacramenti, in principio hujus quarti positas: inter quas prior & communior definitio Sacramenti est, quod Sacramentum est sacrae rei signum; & secundum hanc definitionem non est dubium, quin Sacramentum Conjugii sit univocè Sacramentum cum aliis: est enim signum sacrae rei, id est, conjunctionis Christi & Ecclesiae; quamvis aliter sit in hoc Sacramento, & in aliis Sacramentis: nam in aliis res sacra, cujus sunt signum, non solum est significata, sed & contenta; in Matrimonio autem res sacra, cujus est signum, est solum significata, & non contenta. Aliæ autem sunt definitiones seu descriptiones Sacramenti, assignatæ per B. Aug. & Hugonem de S. Victore, & Mag. Sent. qui omnes conveniunt in hoc, quod Sacramentum novæ legis est aliquid signum corporale vel sensibile, extrinsecus homini appositum, ad effectum sanctificationis spiritualis: & quantum ad hoc, Matrimonium non videtur habere perfectam univocationem cum Sacramentis novæ legis. Hæc ille.

62. Probat autem 1. quia illa, quæ exterius aguntur in Sacramentis novæ legis, excedunt dictamen rationis naturalis. Cum enim Sacramenta sint quædam facta, protestantia Fidem, & sicut Fides est de his, quæ rationem naturalem excedunt; sic ea, quæ exterius aguntur in Sacramentis, sunt signa ex divina institutione, & excedunt dictamen rationis naturalis, ut patet in ceteris Sacramentis à Matrimonio, scilicet in Baptismo, Confirmatione, & Ordine & hujusmodi. De illis enim, quæ in predictis Sacramentis exterius aguntur, nulla potest reddi ratio naturalis: de illis autem, quæ exterius aguntur in Matrimonio, potest reddi ratio naturalis, puta, quod contrahentes Matrimonium consentiant, & consensum suum expriment; hoc enim dicitur recta ratio naturalis de quolibet contractu voluntario; ergo illud signum corporale vel sensibile, quod est in Matrimonio, & in ceteris Sacramentis, non sumitur uniformiter, vel univocè hinc & inde: quia in aliis Sacramentis, illa, quæ

exterius aguntur, sunt signa spiritualis effectus ex divina institutione, cujus non potest reddi ratio naturalis. Illud autem quod exterius agitur in Matrimonio, dum contrahitur, est purè de dictamine rationis naturalis, excepta significatione conjunctionis Christi & Ecclesiae, secundum quam dictum est, quod Matrimonium habet cum aliis aliquam univocationem.

Verum hæc probatio, supposito, quod Matrimonium conferat gratiam sanctificationem ex opere operato, uti conferre, supra probavimus, nullus est pili; constat namque ea, quæ in Matrimonio exterius aguntur, esse signa illius gratiæ ex divina institutione, sicuti ea, quæ aguntur exterius in aliis Sacramentis. Quin immo neque conjunctionem Christi cum Ecclesia naturaliter significant, sed ex sola divina institutione. Unde Ethnici illam significationem nullatenus agnoverunt.

Si dixeris: significatio Sacramentorum principalis, est ejus rei, quæ per Sacramentum efficitur; Sacramenta enim factio, quod significant. Matrimonium autem non efficit unionem Christi cum Ecclesia, sed unionem masculi & femine; & ista unio dicitur ab August. lib. de Bono conjug. c. 7. de res Sacramenti.

Respondeo: neque illam unionem, scilicet indissolubilem omnino, naturaliter significari per ea, quæ exterius in Matrimonio aguntur; nam solum significant, ut patet ex verbis Durandi, supra relatis, quod contrahentes Matrimonium consentiant, & consensum suum expriment, hoc enim dicitur recta ratio naturalis de quolibet contractu voluntario. Sed nunquid etiam dicitur recta ratio naturalis de quolibet contractu voluntario, quod nequeat mutuo consensu dissolvi? Constat quod non. Et tamen illa indissolubilitas significatur in hoc contractu per ea, quæ exterius aguntur; ergo ex institutione divina. Ergo signum corporale vel sensibile, quod est in matrimonio & in ceteris Sacramentis, sumitur univocè hinc inde.

Secundum argumentum Durandi est: Sacramenta consistunt in opere operato, applicato illis, qui suscipiunt Sacramentum; sed illud non convenit univocè Matrimonio, & ceteris Sacramentis; ergo &c. Major patet ex his, quæ dicta sunt in præcedentibus de Sacramentis novæ legis. Minor probatur: quis in ceteris Sacramentis, puta in Baptismo, Confirmatione, Ordine, Extrema Unct. & Poenitentia, præter omnem actum suscipientium Sacramentum, est aliquid extrinsecum, quod eis applicatur; sicut aqua in Baptismo, cum determinata forma verborum, & in ceteris similiter, & etiam in Poenitentia, de qua minus videtur: quia præter omnem actum

actum pœnitentis, applicatur ei verba Sacerdotis absolventis: in Matrimonio autem nihil est de prædictis: quia ad matrimonium sufficiunt verba contrahentium, exprimentia consensum suum, sine quocumque extrinsecus appposito, vel eis applicato: ergo quantum ad hoc, quodd Sacramentum est opus operatum, homini extrinsecus appositum, non est univocatio inter hoc Sacramentum, & cetera Sacramenta novæ legis.

66. *Constitutio apponitur.*  
Et si dicatur, quod verba unius conjugis applicatur alteri extrinsecus, & è converso, quando vir dicit: *Accipio te in uxorem*, & mulier dicit: *Accipio te in maritum*, adhuc non est hic plena univocatio cum his, quæ extrinsecus aguntur in ceteris Sacramentis; quia in aliis Sacramentis applicatio non fit per suscipientes Sacramentum, sed per alium. Et idèd Sacramentum dicitur signum sensibile extrinsecus appositum: In Matrimonio autem prædicta applicatio fit per suscipientes, & non per exteriorem, quare non est consimiliter hic & ibi. Item Matrimonium non solum contrahitur inter præsentem, exprimentes sibi invicem consensum suum; sed inter absentes per litteras vel nuntium: & tunc non est applicatio, vel non est ejusdem rationis cum applicatione, quæ fit in ceteris Sacramentis, in quibus oportet suscipientem Sacramentum esse realiter præsentem consentienti.

67. *Respondet arg. in genere.*  
Respondet: non est de ratione Sacramenti, in genere, ut consistat in aliqua re, quæ extrinsecus applicetur, sed satis est, ut sit signum efficax gratiæ sanctificantis. Unde nec diffinitio Mag. *Invisibilis gratiæ forma visibilis*, ullatenus importat rem, extrinsecus applicatam per alium à suscipiente Sacramentum; uti nec diffinitio Aug. quam adducit Durandus 4. dist. 1. q. 1. *Sacramentum est, in quo sub regimento rerum visibilium, divina virtus salutem nostram operatur secretius*. Sed neque diffinitio Hugonis à S. Victore l. 1. p. 9. c. 11. *Sacramentum est materiale elementum extrinsecus oculis suppositum, ex institutione significans, ex similitudine representans, ex sanctificatione invisibilem gratiam continens*.

Ubi quæso in his diffinitionibus sit mentio rei, extrinsecus applicatæ per alium à suscipiente Sacramentum? Et verò, nonne solus Baptismus pro materia habet verum & naturale elementum? Num idèd æquivocè Sacramentum cum aliis? Nonne sola Eucharistia consistit in re permanente? Num idèd æquivocè Sacramentum cum ceteris?

68. *Cur solum Matrimonium non consistat in applicatione rei alicujus extrinsecæ.*  
Si quis autem roget (inquit Bellar. supra) cur solum Matrimonium non consistat in applicatione rei alicujus extrinsecæ, responsio in promptu est: Deus enim Sacramenta vario modo instituit, prout res erant varix, in quibus ea instituit. Sacramentum Baptismi in

lotione instituit, idèd aquam adhiberi voluit: Sacramentum Eucharistiæ in refectioe, idèd panem & vinum elegit: Sacramentum Pœnitentiæ in forma judiciali, idèd verbis sententiam pronuntiar mandavit, & sic de ceteris. Matrimonium in contractu quodam constituit, & idèd morem contractuum servari voluit: in contractibus autem nihil extrinsecus applicatur, sed ipsi contrahentes, mutui consensus significatione, contractum efficiunt.

Atque hinc etiam redditur causa, cur Matrimonium non egeat alio ministro, præter ipsos contrahentes, & cur inter absentes, & per procuratorem celebrari possit. Hæc enim est natura contractus, ut ipsi se contrahentes ligent, neque opus habeant tertiâ personâ, à qua ligentur; & ut cum absentibus, & per procuratorem contractum facere, si velint, queant. In aliis autem Sacramentis ista locum non habent, quia repugnant eorum naturæ, & proprietati; neque enim ratio admittit, ut quis seipsum regeneret, aut absens absentem lavet, aut unus laveret pro alio, & sic de aliis. Hucusque Bellar.

69. *Ratio est vobis.*  
Dico paucis: ratio disparitatis est, voluntas Christi, quæ nobis constat per Ecclesiam; nam si Christus voluisset, homo seipsum regenerasset per Baptismum, & absentem absolvisset per litteras, aut procuratorem; quare autem noluerit, penes ipsum est, qui omnia quæcumque voluit fecit, nihil autem potuit velle irrationabiliter. Itaque contractum Matrimonii, quemadmodum eum invenit, ita reliquit; & solummodo in lege gratiæ eum elevavit ad dignitatem Sacramenti, ut in lege gratiæ, gratia abundaret, & jugum matrimonii, quantum nunc gravius ad portandum, propter majorem indissolubilitatem, tantò facilius fieret ad portandum, per effectum gratiæ habitualis & actualis. Porro materiam & formam aliorum Sacramentorum ipse primò constituit, uti & eorum ministrum.

70. *Quartum arg. Durandi.*  
Atque ex his facilè respondetur ad 4. argumentum Durandi (de 3. quod est de effectu gratiæ, jam satis dictum arbitror) quod tale est: Circa Sacramenta novæ legis, alia à Baptismo, ordinatio Ecclesiæ potest habere vim præcepti, sed tale præceptum nunquam est de necessitate Sacramenti. Sed ordinatio Ecclesiæ circa matrimonium est de necessitate Matrimonii; facit enim Ecclesia personas illegitimas ad contrahendum, & de illegitimis facit legitimis, ut patet; ergo Matrimonium non videtur esse univocè Sacramentum cum prædictis.

71. *Response.*  
Respondetur, inquam, facilè; hanc divinitatem, si quæ est, ex eo provenire, quod Christus reliquerit contractum matrimonii, prout eum invenit, scilicet, quoad valorem suum



suum subiectum legibus Superiorum, qui, antequam elevaretur ad dignitatem Sacramenti, poterant eum irritate, illegitimando personas contrahentes. Elevavit ergo Christus contractum Matrimonii, sed validum, ad dignitatem Sacramenti; unde Ecclesia non potest facere, ut contractus ille, alioquin validus secundum leges, non sit verum Sacramentum; quamvis possit facere, ut contractus, qui alioquin validus foret, jam non sit validus: sicuti Respublica civilis idem poterat, antequam esset Sacramentum; & hac ratione potest Ecclesia facere, ut contractus aliquis, qui alioquin foret Sacramentum, seclusis legibus Ecclesiasticis, jam non sit Sacramentum, eò quòd non sit validus contractus. Sicut etiam potest facere, ut liquor aliquis, qui alioquin foret materia Sacramenti Baptismi v. g. aut Eucharistiæ, jam non sit talis materia, v. g. corrumpe aquam aut vinum per admixtionem aliarum substantiarum, ut jam amplius non sit aqua naturalis, aut vinum de vite.

71.  
Quintum  
arg. Duran  
di.

Quintum & ultimum argumentum Durandi est sequentis tenoris: Absque Baptismo nullus est susceptivus Sacramenti propriè dicti; sed si ante Baptismum contrahunt infideles, verum est Matrimonium inter eos, sicut inter fideles post Baptismum; ergo &c. Nec obstat, quod Matrimonium eorum non dicitur ratum; quia si ambo Baptizarentur jam eorum Matrimonium est ratum, sed non est Sacramentum magis, quam prius, ut probatur; ergo &c. Probatio Assumpti; quia opus est factò in omni Sacramento, cum quodlibet consistat in opere operato: sed in tali Matrimonio nihil est de novo factum (solum enim sunt baptizati) Baptismus autem est distinctum Sacramentum à Matrimonio: sicut ergo tale Matrimonium ante Baptismum non fuit Sacramentum univoce cum prædictis, ita nec post, cum verum sit & ratum: & mirum est, quod Aliqui volunt querere plenam univocationem inter Sacramenta, quæ sunt præcisè novæ legis, & tenentur solâ Fide, & Matrimonium, quod non est solum in nova lege, sed fuit in veteri lege, & ante omnem legem scriptam, tam pro statu Innocentiæ, quam naturæ corruptæ, & est præcisè de dictamine rationis naturalis absque fide, exceptâ significatione conjunctionis Christi & Ecclesiæ. Hæc ille.

72.  
Dissolvitur.

Sed nititur incassum; quamvis enim infideles ante Baptismum verum contrahant Matrimonium, in quantum est contractus aliquis civilis; secus tamen, quatenus est Sacramentum novæ legis. Unde nos non querimus plenam univocationem inter Sacramenta, quæ sunt præcisè novæ legis, & matrimonium quod fuit in veteri lege, & ante omnem legem scriptam; nam hoc non con-

tulit gratiam justificantem ex opere operato, & idè nimis magna æquivocatio; sed inter Sacramenta, quæ sunt præcisè novæ legis, & inter Matrimonium, quod in nova lege Christus elevavit ad dignitatem Sacramenti, tribuens ei effectum gratiæ sanctificantis ex opere operato, qui effectus seu elevatio solâ Fide tenetur. Et quamvis fortè tempore Doct. Angel. & Seraph. immo tempore Durandi hæc res nondum foret Fidei, quia Durandus scripsit longo tempore ante Conc. Constan. tamen hodie, post Concilia supra allegata, de hoc effectu gratiæ nequit Catholicè dubitari.

Porro congruentiam hujus effectus supra assignavimus ex Scoto 4. dist. 36. q. 1. n. 11. ubi sic ait: *Contractus prædicto congruum est annexi collationem gratiæ, quia contractus prædictus est difficilis, cum ex eo nascatur obligatio valde difficilis, cujus difficultas conjuncta est honestati, ut probatum est prius: ad honestum autem & difficile, congruum est gratiam conferri.*

Queris, de qua gratia Scotus loquatur? Audi ipsum ibidem n. 15. *Sed quis effectus dico: quod duæ gratiæ in animabus contrahentium, & hoc nisi sit obex peccati mortalis hinc & inde. Non enim sufficit ad gratiam percipiendam, quod contrahens non sit fideus respectu Sacramenti; sed oportet quòd prius penituerit, quia istud Sacramentum non dat primam gratiam. Secundus effectus est, unio animarum contrahentium; sed primus effectus totalis est unio, scilicet gratiæ conjunctio animarum.* Hæc ille.

Ubi per secundum effectum, intelligere videtur effectum Matrimonii, prout ab initio fuit institutum per modum contractus civilis, qui indubie fuit conjunctio animarum per mutuum consensum, qui est causa efficiens Matrimonii: per primum autem effectum intelligit gratiam, quæ naturalem illum amorem seu conjunctionem perficit, & indissolubilem unitatem confirmat, conjugesque sanctificat, & idèdè vocat eam gratiam conjunctionem animarum, quia hæc gratia animabus conjugum infunditur.

Sed quæ gratia? In primis sanctificans (ut patet ex dictis Disp. 1. hujus Operis Sect. 4. Conclus. 1.) haud equidem primam, scilicet per se & principaliter, quia Matrimonium est Sacramentum vivorum (ut patet ex eodem Disp. Sect. 5. Conclus. 4.) igitur secundam, id est, augmentum gratiæ sanctificantis, scilicet per se & principaliter. Interim secundariò etiam confert primam gratiam, ut diffusius probavimus eadem Disp. & Sect. Conclus. 5.

Præter eam gratiam sanctificantem, quæ est principalis effectus, confert Matrimonium auxilia actualia ad finem Matrimonii obtinendum, sicuti generaliter docuimus de omnibus Sacramentis Disp. 1. mox allegatâ Sect.

Secl. 4. Concluf. 4. quæ talis est: *Singula Sacramenta præter gratiam habitualem conferunt auxilia quadam specialia, quibus homo iuuetur ad cuiusque finem obtinendum, cum eadem proportione æqualitatis vel inæqualitatis, quæ gratiam habitualem.* Dantur ergo in Matrimonio auxilia actualia ad reprimendam concupiscentiam, fidem seruandam, & prolem rectè educandam.

Restat unum argumentum hæreticorum, desumptum ex materia & forma huius Sacramenti; Kemnitius enim probat nullum esse conjugii Sacramentum propriè dictum, eò quòd in conjugio, materia & forma, siue elementum & verbum non facillè demonstrari possint. Ego autem puto facillimè demonstrari posse (suppositis nostris principiis, de quibus egimus Disp. 1. huius Operis Secl. 3. Conc. 1.) & demonstro seq. Concluf. materiam:

Argum. Kemnitii.

CONCLUSIO II.

Materia Sacramenti Matrimonii sunt corpora legitima contrahentium.

**O**Mnia Sacramenta novæ Legis perfici materiâ, & formâ, docet Concil. Florent. in Decreto Eug. sequent. verbis: *Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet, rebus ut materiâ, verbis tamquam formâ, & personâ ministris conferentis Sacramentum, forma, ex cum intentione faciendi quod facit Ecclesia. Quorum si aliquid desit, non perficitur Sacramentum.* Suppono autem ex dictis Disp. 1. Secl. 3. Concl. 1. Suppono, inquam, 1. Eug. in verbis præallegatis magis loqui de materia Sacramenti remota, quam proxima: nam pro materia Baptismi assignat aquam veram & naturalem; materiam Confirmationis ait esse Chrisma, materiam Eucharistiæ panem triticeum, & vînum de vite, materiam Extremæ Unct. oleum oliuæ, quæ omnes sunt materiæ remotæ.

77. Omnia Sacramenta nova Legis perficiuntur materia & personâ ministris conferentis Sacramentum, forma, ex cum intentione faciendi quod facit Ecclesia. Quorum si aliquid desit, non perficitur Sacramentum. Florent.

Suppono 2. aliud esse Sacramentum perfici materiâ & formâ, aliud Sacramentum intrinsecè constitui siue componi ex materia & forma; Pontifex autem non dicit: omnia componuntur ex materia & forma, sed, omnia perficiuntur. Hinc loco supra citato expressè docui, Eucharistiæ consistere essentialiter in solis speciebus consecratis; Pœnitentiæ intrinsecè constitui solis verbis Absolutionis; & denique Sacramentum Matrimonii essentialiter absolvi mutuo consensu, per verba vel alia signa æquivalentia de præfenti expresso. Duo priora propriis locis diffusius probavimus, de tertio hic expresso tractatur.

78. Aliud est Sacramentum perfici, aliud intrinsecè constitui.

Et quidem corpora contrahentium aliquam esse materiam, tam contractûs, quam Sacramenti Matrimonii, passim ab Omnibus conceditur. Fatentur, inquam, Omnes, legitima corpora contrahentium, esse materiam extrinsecam, instar objecti & materiæ circa quam, sicuti in contractu venditionis res ipsa, quæ venditur, est materia circa quam illius contractûs. Sicuti enim per contractum venditionis transfertur jus rei vendi-

79. Corpora Contrahentium sunt materia circa quam contractus Matrimonii.

75. Vbi Christus effectus annexerit contractui Matrimoniali, qui ante Christum illis effectibus carebat? Respondeo cum Scoto supra n. 13. Non invenitur planius, quam Matb. 19. Et licet ibi tantum approbaverit contractum institutum Gen. 2. & per consequens illum non instituit: instituit tamen Sacramentum. Quod potest accipi ex illo verbo, quod addidit: Quod Deus conjunxit, homo non separet, ut non intelligatur ibi conjunxisse pro instituisse præcisè contractum Matrimonii, sed conjunxisse ex tunc gratiosè per institutionem Sacramenti concomitantis illum contractum conjungentem. Ita Doct. Subt. probabiliter; quia omnimoda certitudo non habetur.

Aliter interpretatur, Act. 1.

Christo. 76. Adhuc non legimus expressè contractum institutum.

Quid ergo, inquis, si quis, vivente primâ uxore, ducat aliam? Respondeo, sacrilegus est, non idèò præcisè, quia peccat in usu conjugii, sed quia reddit Sacramentum irritum; nam Matrimonium istud, ut suo loco videbimus, est invalidum in ratione contractûs, & per consequens, in ratione Sacramenti.

tæ in emptorem, ita per contractum matrimoniale transferatur jus corporis virilis in foeminam, & è conuerso jus corporis foemineæ in virum, ut patet ex supra dictis. Et veluti, ut venditio sit valida, & per consequens, vera & firma, oportet materiam seu rem, quæ venditur, esse legitimam, id est, nullâ lege impeditam seu inhabilitatam ad effectum venditionis, prout sæpius contingit rem aliquam inhabilitari; ita quoque in contractu Matrimonii, ut sit validus, & per consequens, verus & firmus, oportet corpora contrahentium, viri utique & foemineæ, esse legitima, id est, nulli impedimento dirimenti, siue naturali, siue positivo, obnoxia. De his autem impedimentis, quæ varia sunt, sigillatim proprio loco disputabimus.

80.  
Vt & Sa-  
cramenti  
Matrimonii.

Porro quæ materia contractûs, eadem est materia circa quam Sacramenti Matrimonii, cum neque ex Scriptura, neque ex sanctis Patribus aut Oecumenicis Conciliis, vel apparenter probari possit, aliam fuisse à Christo institutam materiam. Christus itaque, ut supra adhuc dixi, non mutavit in aliquo naturam contractûs Matrimonii, sed prout illam invenit ab initio creaturæ institutam à Deo, ita eam reliquit. Quippe cum ille contractus fuerit semper sensibilis, & signum aliquod conjunctionis Christi cum Ecclesia, facile, sine aliqua mutatione materiæ vel formæ, potuit eleuari ad dignitatem Sacramenti, per solam conjunctionem seu additionem significationis gratiæ sanctificantis ad quam significationem sufficienter erat proportionatus sine alia materia & forma.

Id non re-  
pugnat De-  
creto Eug.

Neque id repugnat Decreto Eug. quia, ut suppositi ex alibi dictis, loquitur de materia etiam remota; corpora autem contrahentium indubiè sunt aliqua res, & sine ipsis nequit perfici, ut clarum est, siue contractus, siue Sacramentum Matrimonii; ergo & hoc Sacramentum perficitur rebus ut materiâ, scilicet, ut materiâ remotâ & circa quam.

81.  
Corpora  
contrahen-  
tium possunt  
aliquo sensu  
dici materia  
ex qua.

Adde; quòd secundum Aliquos, ut infra videbimus, etiam corpora contrahentium aliquo sensu possint dici materia ex qua siue intrinseca, cum necessariò requirantur ad valorem, ut actu existentia. Ex quo patet diversitas inter hanc materiam, & peccata respectu Pœnitentiæ, cujus sunt materia remota, nec non panem & vinum, quæ sunt materia remota Eucharistiæ: nam peccata per Absolutionem destruuntur, similiter panis & vinum per consecrationem. Et nonne res aliqua potest vendi, nondum actu existens? Planè, dummodò existat in spe; jam autem ad contractum & Sacramentum Matrimonii non sufficit, quòd corpora aliquando existent, sed necessariò requiritur, ut actualiter existant; ac proindè hâc ratione

corpora contrahentium possent dici materia ex qua siue intrinseca, estò res, quæ venditur, talem appellationem non recipiat; ut nec peccata respectu Pœnitentiæ, aut panis & vinum respectu Eucharistiæ.

Ad hoc autem, quod Aliqui hic obijciunt corpora permanent, Sacramentum autem Matrimonii consistit in actione transeunte; ergo non possunt corpora illa intrinsecè componere hoc Sacramentum. Respondent Alii, qui Sacramentum non esse compositum ali- quod physicum, sed tantum morale; nihil autem obstat, quò minus tale compositum tra- siens, habeat aliquam partem permanentem; sufficit quippe, ut altera pars transeat, hoc ipso enim totum compositum transit siue de- struitur. Aliud est de verbis consecrationis, quæ transeunt, respectu Eucharistiæ perman- nentis; nequit enim compositum aliquod permanere, si aliqua pars ejus transeat, & idèò verba consecrationis non possunt esse pars intrinsecè componens Eucharistiâ per- manentem, ut latius proprio loco ostendimus, ad quem remitto Lectorem, ne eadem sæpius repetendo, opus crescat injimme- sum.

Maximè, cum nulla sit necessitas dicendi, immò in nostra sententia non possit dici, cor- pora contrahentium esse materiam intrinse- cam, seu componentem intrinsecè hoc Sa- cramentum; cum, ut dicemus Concluf. 3. sequenti, in forma consistat tota ejus essentia. Neque solum in hoc Sacramento, sed nec in Eucharistiâ permanente, & Sacramento Pœ- nitentiæ agnoscimus materiam & formam intrinsecè componentem, ut patet ex dictis Disput. 4. Sect. 1. Concluf. 4. & Disput. 7. Sect. 1. Concluf. 3.

Quia tamen Aliqui timent, ubi non est timendum, quia, inquam, non audent admittere, totam essentiam Matrimonii consistere in forma; hinc valdè laborant, ut inveni- re possint materiam intrinsecè componentem hoc Sacramentum, præter corpora contrahen- tium. Sunt autem Plures, qui putant, se esse inuenisse in consensu contrahentium, expre- per verba, aut alia signa æquivalentia. Lucius vic. de Scildere in sua Synopsi Theologica de Sacramento, sic ait §. 103. Materia Sacra- menti remota optimè statuitur, corpora mutua contrahentium: nam corpus compo- sitis, ut actu existens, est materia contractus, ad valorem Sacramenti suscipienti neces- sarium, adèòque dici potest materia Sacra- mento intrinseca: quamquam laborandum non sit, licèt corpora illa dicerentur mate- ria circa quam, requisita tantum extrin- secè seu transitivè; cum Florent. non ubi- que requirat intrinsecam, pro Eucharis- tia assignans panem & vinum, res à Sa- cramento distinctas. Proxima est consensio

in Matrimonii vinculum, expressus per verba vel nutus, iis æquivalentes, quatenus à suscipiente procedunt: in hoc enim verba per modum formæ se habere non possunt, cum sibi ipsi minister sit nemo; licet respectu compartis forma sint. Hæc ille.

Sed miror ego, hunc Auctorem quærere materiam proximam, cum Florent. ut fatetur, illam non requirat, neque ullum aliud Conc. Et verò si verba, quatenus à suscipiente procedunt, possunt esse materia proxima, cur non etiam possint esse forma? Neque enim minus minister debet applicare materiam, quam formam, ut patet in Baptismo, Confirmatione & aliis Sacramentis, exceptâ Pœnitentiâ. Si ergo suscipiens sibi ipsi potest applicare materiam, cur non etiam formam? Si potest sibi ipsi ministrare materiam, adedque esse minister Sacramenti quoad materiam, cur non etiam quoad formam? Putas quod Deus, si voluisset, non potuisset ita instituire Sacramentum Baptismi, ut quilibet sibi ipsi foret minister, seipsum abluendo cum his verbis: *Ego me baptizo &c?*

Si dixeris: non invenitur talis institutio in Matrimonio. Respondeo: prorsus invenitur; eo ipso quippe, quod contractus sit elevatus ad rationem Sacramenti, necessarium est, quod suscipiens sit partialis minister respectu sui ipsius; nam contractus essentialiter respicit duos, tamquam causas partiales obligationis, quæ oritur in utroque contrahente; neque enim ex solo consensu compartis oritur in me obligatio, sed etiam ex proprio consensu; adedque etiam respectu mei, sive contractus, ut meus est, rectè dicitur forma partialis, & per consequens rectè dicitur, quilibet contrahens Matrimonium, sibi ipsi partialiter ministrare Sacramentum; nam ministrare Sacramentum non est aliud, quam efficere contractum, cum intentione conficiendi Sacramentum; jam autem quilibet contrahens respectu sui ipsius efficit contractum, æquè ac respectu compartis. Cum itaque Christus instituerit hoc Sacramentum per modum contractus, sequitur quod etiam instituerit suscipientem partialem ministrum respectu sui ipsius, quod in aliis Sacramentis non habet locum, ut patet, quia nullum aliud institutum fuit per modum contractus.

Sanchez de Matr. lib. 2. disp. 5. n. 6. aliâ ratione putat se invenisse materiam proximam & formam in verbis seu signis, quibus interius consensus exprimitur: In verbis, inquit, contrahentium est expressio mutue traditionis, quâ quilibet tradit alteri sui corporis potestatem, & secundum hoc dicuntur materia: & expressio mutue acceptionis, quâ quilibet acceptat traditionem, sibi per alterum factam, & secundum hoc dicuntur forma. Probat; quia traditio illa imperfecta est & in-

efficax, donec acceptetur, & accedente acceptione perficitur, & determinatur Matrimonium; ergo utraque verba sunt materia, quatenus important traditionem, & sic per sequentia determinantur; & sunt forma, in quantum important acceptionem, & sic se invicem determinant. Item, quia hoc pacto salvatur, hoc Sacramentum, sicut alia, consistere rebus tamquam materiâ; rebus (inquam) vel propriè vel proportionè quadam, & verbis tamquam formâ; quia ea mutua traditio, verbis facta, prout est quid informe, nec sortitur suum effectum, donec accedat mutua acceptio, nec perficitur, nisi per illam, dicitur res: at acceptatio, quia complet & perficit, dicitur verba. Hactenus Sanch. cum aliis Multis, quos citat.

Sed contra hanc sententiam arguit Valquez hic disp. 3. c. 2. n. 17. Nullus hactenus dixit, formam donationis esse consensum, & verba donatarii, acceptantis traditionem donantis; neque formam commutationis esse consensum, & verba unius, respectu consensûs, & verborum alterius, tamen à se invicem pendeant, ut perficiatur contractus: ergo neque in Matrimonio hoc modo assignari potest. Probat Consequentia; quia Matrimonium est quædam commutatio, seu mutua traditio corporum.

Secundò; nulla est ratio, quare potius acceptatio sit forma, quàm traditio; sicut enim traditio non habet effectum, nisi accedat acceptatio, ita nec acceptatio, quæ præcedere potest traditionem, nisi accedat traditio. V. g. si quis rem ab alio postulat, postulatio vim habet acceptionis, sine alio novo consensu; arg. leg. 1. § 2. ff. de Verb. oblig. *Si quis ita interroget, dabis? Et respondeat, quid ni? Et is utique in ea causa est, ut obligetur.* Et tamen non habet acceptatio illa effectum, donec alius tradere velit, & id signo aliquo denotet; ergo verba aut signa traditionis suâ naturâ non sunt materia, cum in hoc casu vim habeant determinandi & complendi contractum.

Tertiò; in Matrimonio, permutatione, & emptione, traditio ex parte tradentis non acceperatur ab alio, tamquam absolute res ab eo accipienda sit, sed sub conditione mutue traditionis corporis, aut rei permutandæ, aut pecuniæ in pretium reddendæ, & hæc traditio priori respondens, essentialiter in acceptione includitur; ergo in eo, quod ab his DD. assignatur ut forma quatenus ut talis assignatur, aliquid etiam ut materia continetur, nempe signa reciproca traditionis in compensationem; atque ita omnino confunditur materia & forma, & forma simplex non erit, sed admixta materiæ, & contra; neque enim fieri potest, ut in acceptione duo distinguantur, nempe & acceptatio, & mutua traditio, cum in acceptatio nuda intelligi nullo-

88  
Contra eum  
arguit Valquez  
86.  
Secundò;  
L. r. ff. de  
Verb. obli.

87.  
Tertiò;

modo possit in tali contractu, sed prout in se continens mutuum traditionem alterius rei in compensationem. Ita Vasquez supra numero 18.

88.  
Tertium  
arg. Vasq.  
impugnat  
Lugo.

Sed hoc argumentum non videtur efficax, inquit Lugo de Sacramentis in genere disp. 2. n. 25. quia licet traditio conjugis non sit absoluta, sed sub conditione reciproca traditionis, adhuc in acceptatione alterius conjugis, possumus invenire duas rationes formales, adæquatè distinctas, traditionis & acceptationis, quas posset diversis verbis exprimere. Nam si Petrus v. g. promittat mihi librum, si ego volo ei dare pallium; ego possum ei respondere: *Volo tibi dare pallium, & nolo acceptare promissionem libri*: ecce promissionem recipiam, sine acceptatione. Possum item respondere: *Accepto promissionem tuam conditionalem, & cogitabo paulisper de conditione ponenda, vel non ponenda*: ecce acceptationem sine repromissione. Possum denique dicere: *Promitto tibi pallium, & accepto promissionem tuam*: ecce promissionem, & acceptationem, significatas tamen per verba diversa; nam per priora solum significo promissionem, non acceptationem, per posteriora acceptationem, non promissionem.

De facto ergo conjux cum dicit: *Accipio te in conjugem*, illa verba æquivalent his: *Trado tibi corpus, & accepto traditionem tuam*; quatenus significant traditionem, dicit hæc sententia, habere rationem materiæ, quatenus significant acceptationem, habere rationem solius formæ, absque ulla confusione materiæ cum forma. Hucusque Eminent.

89.  
Vasquez non  
negat absol-  
tè posse sepa-  
rari tradi-  
tionem ab  
acceptatio-  
ne, sed id fieri  
posse in  
Matr.

Sed contra: Vasquez non negat, quin absolute possit separari traditio ab acceptatione, sed negat id fieri posse in Matrimonio, permutatione, & emptione; nam si tu dicas: *Ego trado me tibi, vel, Ego vendo tibi istam rem, aut, Promitto talem rem, & nolo acceptare tuam traditionem, vel, nolo acceptare pecuniam in pretium reddendam, aut, rem permittendam*, non est contractus Matrimonii, permutationis, aut venditionis. Similiter si dicas: *Accepto tuum consensum, & deliberabo de meo*, non valet contractus, quia non est consensus absolutus, sed solum sub conditione consensu reciproci; ergo ut conjux valide acceptet traditionem alterius, simul debet seipsum tradere. Posset quidem dicere: *Trado me tibi, & accepto traditionem tuam*; sed priora verba sunt superflua; nam dicendo: *Accepto traditionem tuam*, simul implicite dicit: *Trado me tibi*.

90.  
Occurrit  
objectioni,

Si dixeris; saltem ex illis exemplis Lugonis habemus, quod in eodem actu sint diversæ rationes traditionis, & acceptationis. Respondent Aliqui; illas rationes non esse distinctas, nisi ratione, porro materia & for-

ma Sacramenti debent esse distincta realiter.

Sed hæc responsio non placet Pontio lib. 1. c. 7. n. 10. Nam, inquit, quamvis ratio traditionis, & acceptationis, in verbis, & consensu alterius contrahentis, tantum distinguantur ratione; at tamen ut sic non est materia & forma contractus; sed consensus unius, ut traditio, est materia, comparatione consensu alterius contrahentis, qui habet rationem formæ, quos manifestum est, recipi distinguui. Hæc ille.

Et prosequitur n. 11. Impugnatur ergo; quia licet possumus distinguere rationem illam traditionis, & acceptationis; tamen materia utraque pertinet ad formam; cum utraque verbis exprimitur, & aliàs in contractu Matrimonii non posset esse verum, quod univèrsè dixit Eug. 4. Sacramenta periculis ut materiæ, verbis ut formæ, cum iuxta hunc dicendi modum, tam materia, quam forma constituitur in verbis.

Adde (inquit Vasquez supra n. 18.) quod materia in Sacramentis, quia se habet in natura naturalis materiæ, quæ determinatur, debet esse quid commune in genere signi formæ autem, ut quid speciale, per quod materia determinetur; in verbis autem contractuum hæc duo mutuo considerare non possumus, nam utrorumque verba speciatim denotant corporum traditionem; ergo non possunt verba unius, verbis alterius, quod attinet ad significationem, tamquam commune à speciali determinari. Hæc ille.

Sicuti si is, qui ordinatur ab Episcopo, deberet acceptare traditionem instrumentorum per certam verborum formulam, quæ essentialiter exigeretur ad valorem Sacramenti, quibus determinatè significaret potestatem sibi traditam; tunc illa verba pervenerent ad formam Sacramenti, non tamen sola, sed etiam verba Episcopi tradentis potestatem; quia & hæc ipsa significant potestatem, quæ datur per Ordinationem, & non est materia de verbis ejus, qui ordinatur, quam Episcopi ordinantis, & vice versà. Ergo similiter in casu præsentis, verba utriusque conjugis, quibus significatur æqualiter traditio corporum, pertinent ad formam Sacramenti, vel ad materiam Sacramenti; non in autem hæc verba ad materiam, a lia ad formam, quæpe æqualiter sunt indeterminate, vel determinata.

Hinc potest impugnari solutio A. Moroni, qui dicit; verba illa in singulis conjugibus posse dupliciter considerari, scilicet, vel ut sunt recipientis, vel ut sunt ministrantis Sacramentum; nam unusquisque est, & recipiens Sacramentum ab altero conjugis, & ministrans idem Sacramentum alteri conjugis; & quidem illa verba, prout proferuntur a ministrante, sunt forma; prout verò proferuntur

runtur à suscipienti, sunt materia; quia in aliis Sacramentis, quando recipiens Sacramentum per aliquem actum externum, essentialiter requisitum ad eorum constitutionem, concurrat, ille actus habet rationem materiæ, ut constat in Sacramento Pœnitentiæ: & ratio est; quia ille actus recipientis Sacramentum, quatenus recipiens est, concurrat ad Sacramentum essentialiter, & non ut forma; recipiens enim ut sic, formam non apponit, ergo ut materia, quia nihil aliud concurrat ad essentialiam Sacramenti, nisi minister cum intentione debita, & materiæ & formæ, ut constat ex citatis verbis Eug. 4.

Hic etiam modus explicandi (inquit Lugo supra n. 28.) impugnatur ex supra dictis; quia ille actus, sive se teneat ex parte recipientis, sive ex parte conferentis; si tamen non est magis indeterminatus ex se, non videtur posse comparari tamquam materiæ respectu alterius actus, æquè indeterminati, vel non magis determinati; quia forma debet determinare & actuare indifferentiam & potentialitatem materiæ. Quod autem ille actus sic, se teneat ex parte recipientis Sacramentum, parùm refert; neque enim repugnat recipienti apponere formam rei, quæ de novo recipitur, ut constat in naturalibus, quando homo per nutritionem recipit augmentum per novas partes viventes, quas recipit, quarum partium forma est ipsa anima hominis, recipientis illud augmentum. Similiter ignis recipit alimentum ab oleo, & apponit in illa materiæ suas qualitates, & suam formam.

Nec exemplum aliorum Sacramentorum quidquam probat; nam actus poenitentis in Sacramento Pœnitentiæ, non idèò non sunt forma, quia tenent se ex parte recipientis; sed quia significant minùs expressè, & minùs determinatè, quàm verba Absolutionis. Illud autem est forma Sacramenti, quod determinat, & exprimit in ratione signi, indifferentiam & confusioem aliorum signorum. Denique in hac etiam solutione restat explicanda præcipua difficultas, quomodò scilicet in Matrimonii Sacramento concurrant res, & verba, & non sola verba utriusque conjugis. Hucusque Eminent.

Ex quo etiam rejicitur alia sententia, quæ dicit; quòd verba prioris conjugis sint materia, & verba posterioris conjugis forma; quia determinant, complent & perficiunt priora, sub quibus adhuc erat imperfectum, incompletum & indifferens Matrimonium. Hic, inquam, modus dicendi rejicitur; quia, præterquam quòd sic Sacramentum Matrimonii non consistit nisi verbis, fieri potest, quòd uterque conjux simul eodem tempore proferat verba, aut alio signo æquivalente, v. g. per copulam carnalem exprimat con-

sensum; tali autem casu foret Sacramentum Matrimonii sine materiæ & formæ ut pater. Deinde, ut sciamus, an aliquid sit materiæ vel formæ, non est attendendum, quid priùs aut posterius applicetur; nam in Baptismo forma potest priùs proferri, quàm infundatur aqua, sed quid magis vel minùs determinatè significet.

Alii ergo respondent: materiæ in hoc Sacramento esse consensum; formam verò verba, aut aliud signum externum, quo consensus exprimitur.

Sed contra i. quia tunc materiæ totalis esset per se insensibilis, quod dici nequit; licet enim Contritio, quæ etiam secundum se est res insensibilis, sit materiæ partialis Sacramenti Pœnitentiæ, equidem materiæ totalis non potest esse aliquid insensibile.

Responder Vasquez supra n. 24. & 25. quàmvis de toto Sacramento illud verum sit, non posse esse rem omninò insensibilem, cum debeat esse signum sensibile; tamen neque de tota materiæ, neque de tota formæ Sacramenti in universum id concedendum esse, ullâ ratione convinci potest; neque enim forma aut materiæ secundum se definitur, *Signum sensibile* &c. sicut totum Sacramentum definitur. Et quàmvis in materiæ Sacramenti Confessionis illud certum sit, totam materiæ non esse insensibilem, tamen nullâ ratione monstrari potest, id etiam in Matrimonio eodem modo esse debere.

Sane (prosequitur idem Auctor) illud ad rationem materiæ Sacramenti in universum pertinet, quod ad rationem etiam materiæ naturalis, instar cuius materiæ dicitur, ut ex se indifferens ad plura sit, & à formæ determinari debeat: ad rationem autem formæ sacramentalis in universum id etiam spectat, quod ad rationem formæ naturalis, ut ex se materiæ determinet, & quasi definiat. Quare, si consensus omninò interior ita se haberet comparatus cum verbis aut signis, quibus exprimitur, ut ex se indifferens esset & indefinitus, & per verba vel signa determinaretur aut definiretur, nihil sanè obstarèt, quòd insensibilis esset, quòd minùs materiæ Sacramenti esse possit; & contra, si ex se determinaret & definiret verba, nihil obstarèt, quòd minus esset forma. Verùm quia secundum se, comparatus cum verbis aut signis, nihil horum habet, idèò neque materiæ, neque formæ esse potest.

Porro nihil horum habere, probat ibidem Vasquez n. 27. dicens: consensus in Matrimonio, prout est Sacramentum, ita se habet comparatus cum verbis aut signis, sicut in ipso Matrimonio, prout est contractus; in eo autem, prout est contractus, neque vim habet determinandi verba aut signa, neque indifferens est, ut per illa determinetur, eò

97. Quarta Sententia

Impugnatur.

Resp. Vasquez.

98. Illud ad rationem materiæ & formæ naturalis pertinet, quod ad rationem materiæ & formæ sacramentalis.

99. Consensus in Matrimonio neque determinat verba, neque indifferens est, ut per illa determinetur, eò



quod consensus, verbis aut signis, & verba aut signa, consensui adæquatè respondent, atque idem omninò determinatè significant; nam consensus est, ducendi aliquam in uxorem, & verba hoc idem significant: fit quidem consensus sensibilis per verba aut signa, tamen neque determinat consensum, neque ab eo determinatur; fieri enim sensibilem, non est determinari, aut determinare ad significandum; sed determinare ad significandum, est efficere, ut quod erat signum commune plurium rerum, fiat signum unius tantum; determinari autem, est ex signo communi hoc modo fieri signum particulare, id quod non contingit inter consensum, & signa vel verba, ex eo, quod consensus per signa vel verba fiat sensibilis. Quà ratione licet Contractio fiat sensibilis per Confessionem, non dicitur materia aut forma respectu illius, neque per illam determinari, aut eam determinare. Cùm igitur consensus secundum se in Matrimonio, prout est contractus, non habeat vim determinandi signa vel verba, neque contra, conficitur, in Matrimonio, prout Sacramentum est, eam etiam non habere, ac proinde neque in contractu, neque in Sacramento esse materiam totam, aut totam formam. Hucusque Vasquez.

Quid sit determinare & determinari.

100. Probatum à simili ex Litone, consensus internus esse materiam Sacramenti Matrimonii.

101. Confirmatur.

Addere possumus (inquit Lugo supra n. 11.) si consensus internus conjugis, esset materia in Sacramento Matrimonii, eodem modo consensum internum Episcopi ordinantis v. g. fore materiam Sacramenti Ordinis; neque enim magis significatur consensus internus conjugis per verba externa, quibus significat se dare conjugi potestatem supra suum corpus, nec minus essentialiter requiritur consensus internus Episcopi ad valorem Sacramenti Ordinis, quam consensus internus conjugis ad valorem Matrimonii; ergo non minus erit materia unius consensus, quam alius: nemo autem dixit consensum internum Episcopi esse materiam; ergo nec hunc alium debemus dicere, esse materiam Matrimonii.

Confirmatur, quia Eug. 4. in illo Decreto aperte distinguit inter materiam Sacramenti, & intentionem ministri; ergo consensus internus contrahentium, non est materia in Sacramento Matrimonii; nam ille consensus internus, est intentio celebrandi illud Sacramentum; neque enim habent aliam voluntatem aut intentionem internam conjuges, nisi illum consensum internum, quem exprimunt per verba; vel certè non est necessaria alia intentio, nam consensus internus, est voluntas obligandi se alteri conjugi: hæc autem est, voluntas faciendi id, quod necessarium est ad obligationem contrahendam, & per consequens faciendi verum & legitimum Matrimonium: ergo sicut Pontifex nomine

materie non intellexit voluntatem internam, quam habet Episcopus, quando ordinat Presbyteros, dandi illis potestatem, offerendi Sacrificium, & absolvendi &c. hæc enim voluntas includitur in intentione ministri, quæ ibi etiam exigitur: sic in Matrimonio, per materiam non potuit intelligere voluntatem internam conjugis, dandi alteri conjugi potestatem supra suum corpus, quia hæc voluntas significatur etiam nomine intentionis faciendi verum Matrimonium. Hactenus Lugo.

Sed non placet nobis hæc additio; nam ut diximus Disp. 1. Sect. 3. n. 19. Ordinatio non est collatio potestatis, sed tractio instrumentorum, cum prolatione certorum verborum; & propterea in suscipiente non requiritur vera acceptatio, necessaria ad verum contractum donationis; sed sufficit contactus physicus instrumentorum. Neque Episcopus principaliter confert potestatem Ordinis; sed solum ministerialiter, eodem modo, quo confert gratiam sanctificantem; & eodem modo, quo absolvens sacramentaliter, exhibet remissionem peccatorum; ita, ut non sit in potestate ejus, velle dare, & actu dare potestatem Ordinis, conferre gratiam sanctificantem, exhibere remissionem peccatorum, nisi velit conficere, & de facto conficiat Sacramentum, id est, nisi mediante Sacramento.

Jam autem contrahens Matrimonium non vel mulier, tamquam causa principalis alteri potestatem supra corpus suum, independenter, quantum est de se, à ratione Sacramenti; quamquam & illam, post Christi institutionem, ut causa ministerialis, contrahenti annectat, non per voluntatem præcedentem contrahendi, sed per voluntatem consequentem Sacramentum; quæ ordinariè quidem inter fideles censentur & sunt una & eadem, quoniam voluntas Sacramenti implicitè includitur in voluntate contractus; interim nulli obstat, quod minus una, in re sit distincta ab alia, immo & separata; sic planè, ut valens contractus, & non Sacramentum, ut prælatius dicemus.

Quid ergo miramur, si nullus dixerit consensum internum Episcopi, seu intentionem administrandi Sacramentum Ordinationis esse materiam; Aliqui tamen dixerint, consensum internum conjugis, seu voluntatem dandi potestatem alteri conjugi supra suum corpus, esse materiam Matrimonii? Siquis autem Eug. in suo Decreto dixerit verbis præter materiam Ordinis assignat illud, per cuius traditionem confertur Ordo, ibi: *Sacramentum est Ordinis, cujus materia est illa, per cuius traditionem confertur Ordo.* At verò nullam assignat materiam Sacramenti Matrimonii, sed tantum causam efficientem Matrimonii; putà, mutuum consensum, per

verba de præfenti expreffum. In qua utique causa efficiente, aliqui DD. putarunt se inveniffe materiam & formam Sacramenti Matrimonii; idque falva diftinctione inter materiam Sacramenti, & intentionem miniftri; nam præter confenfum internum, qui etiam requiritur inter infideles, ut Matrimonium valeat in ratione contractûs, requiritur intentio conficiendi Sacramentum, five faciendi quod facit Ecclefia, ut Matrimonium inter fideles valeat in ratione Sacramenti.

Itaque in Matrimonio per materiam po- nitur Eugenius intelligere voluntatem inter- nam conjugis, dandi alteri conjugii potestatem fupra fuum corpus, tamen hæc volun- tas fignificetur etiam nomine intentionis faciendi verum Matrimonium. Quia hæc in- tentio requiritur etiam in infidelibus, qui tamen propterea non miniftrant Sacramen- tum; quia non habent intentionem mini- ftrandi Sacramentum, cum fciant, Matri- monium fuum non effe Sacramentum, fed tantum contractum civilem. Igitur propter dictam probationem à fimili, non est omnino rejicienda tamquam improbabilis illa opi- nio, quæ docet confenfum internum conjugis effe materiam in Sacramento Matrimonii.

Immo nec propter primum argumentum Vasquezii; quia putat Dicastillo hic difp. 2. n. 215. quod ratio materiæ & formæ, five propriè dictæ, five metaphoricæ, non de- pendeat ab hoc, quod fit magis a ut minus la- tèt patens; quia, inquit, materia feu sub- jectum comparatione formæ folum dicit, poffe illam recipere, & cum illa recepta ultimò rem conftituere & componere, & forma ut forma, tantum dicit poffe fubjectum feu ma- teriam informare, & actuare, & ultimò com- plere; quod autem materia poffit alias for- mas, vel forma alias materias attingere, vel non; impertinens est ad rationem causæ for- malis aut materialis, quam hic & nunc exer- cet comparatione hujus formæ vel materiæ. Sicut in caufis efficientibus contingit, in qui- bus fatis est, quod causa habeat virtutem ad effectum, quem hic & nunc producit, quid- quid fit, an poffit alios producere vel non. Hæc ille.

Et n. 217. docet, traditionem effe magis indifferentem & indeterminatam, quàm ac- ceptionem; nam traditio indifferens est ad hoc, ut acceptetur, vel ut repudietur; hanc autem indifferentiam non habet acceptatio; quia cum hæc fupponat jam traditionem, omnino ad id determinata est, nec potest ad aliud fe extendere.

Præterea putat hic Auctor n. 223. actus internos confenfus effe magis indifferentes, quàm verba, illos fignificancia; quia, ut ait n. 224. verba funt ex fe & per fe figna fen- sibilis, confenfus verò ex fe & per feipfos non

funct fenfibilis, funt autem fenfibilis per tem quàm verba. verba, quibus fignificantur; ergo verba deter- minant confenfus ad effe contractûs humani fenfibilis, & ad hoc, ut fimul cum verbis fiat compositum quoddam fignum fenfibile gratiæ, à Chrifto elevatum ad effe Sacramenti, in quo jam apparet, quod verba determinent confenfus ad hoc, ut fint materia capax & fenfibilis. Hæc ille.

At verò Lugo fuprà n. 29. dico, inquit, in verbis feu fignis contrahentium reperiri materiam & formam hujus Sacramenti; nam in illis reperuntur diftincta virtualiter, & traditio rei, & verba, quæ duo, quando con- diftinguntur inter fe, funt materia & forma in aliis Sacramentis, v. g. in Sacramento Or- dinis reperitur traditio calicis cum vino & aqua, & patenæ cum hoftia, & reperuntur præterea verba, quare traditio concurrat ut materia, verba autem ut forma; fic etiam in emptione potest inveniri & traditio clavium domûs venditæ, & fimul verba, quibus fit venditio.

Aliquando verò poterit totus contractus emptionis verbis perfici, quæ habeant utram- que vim abfque alia traditione, nam de sub- ftantia emptionis non est traditio, ut ex com- muni fententia tradit Lefsius lib. 2. de Justi- tia c. 21. dub. 1. n. 1. & licet regulariter ad transferendum dominium requiratur tradi- tio: hoc tamen est non ex natura rei, fed ex jure civili, & non in omnibus cafibus, ut docet idem Lefsius lib. 2. c. 3. dub. 3. nam quando res venditur Ecclefie, aut locis piis, folis verbis fit emptio completa, & trans- fertur dominium, ficut etiam beneficia Eccle- fiaftica per folam collationem & acceptatio- nem transferuntur, fupplentibus verbis pro traditione. Sic ergo in contractu Matrimo- nii abfque alia acceptatione externa, per fo- la verba, fignificancia traditionem, perficitur contractus, non minus, quàm fi realis traditio externa intercederet.

Et poft pauca concludit. Habent ergo verba illa, quibus Matrimonium perficitur utramque vim, fcilicet obligationis, & tradi- tionis, quæ poffent separari, & fieri fingu- læ per figna diverfa: quare quando eadem verba gerunt utrumque munus, ibi poffumus diftinguere virtualiter traditionem, & obli- gationem personale, & dicere, quod verba illa, ut funt traditio corporum, funt materia, ut verò funt verba inducentia obligationem personale, ficut alia verba, funt forma, eò quod habeant in fe fimul illa duo, quæ in contractu emptionis inveniuntur regulariter in verbis fimul & in traditione rei venditæ; & habeant etiam in fe fimul totam rationem figni, quam habent inter fe diftinctam in Sacra- mento Ordinis verba, & traditio calicis & patenæ vel alterius materiæ; quare fignificante poffunt

106.  
Lugo putat  
fe inveniffe  
materiam  
& formam  
in verbis  
contrahen-  
tium.

Lefsius.

107.  
Verba Ma-  
rimonii ha-  
bent vim  
obligationis  
& traditio-  
nis.



possunt & per modum materiæ, & per modum formæ. Hucusque Eminent.

108. *Sententia Lugonis videtur Dicastillo multum difficultis.*  
Sed quid ad hæc Dicastillo? Suprà n. 235. hæc sententia, inquit, & quando primò eam legi, difficilis, & quando accuratius & attentius relecti, multò difficilior visa est. Si autem quisquam scire desiderat, quæ sint illæ difficultates, videat præfatum Auctorem, qui longè & latè eas deducit. Sufficiat, nullam esse rationem, quare potius traditio sit materia, quam obligatio; immo potior ratio, quare traditio sit forma; quia obligatio videtur præcedere traditionem, quamquam vix possit percipi traditio distincta ab obligatione; quia in hoc contractu, non aliâ ratione se tradit conjux, quam se obligando, nec aliâ ratione se obligat, quam se tradendo. Itaque traditio æquè determinatè, si non magis, idem significat, quod obligatio: cur ergo traditio, seu verba, ut significant traditionem, potius sint materia, quam obligatio, aut verba, ut significant obligationem?

109. *Nostri Concluf. minores patitur difficultates, quam alia sententia. Eam docet Vasquez.*  
Si dixeris; etiam Concluf. nostra suas patitur difficultates; Respondeo; sed minores, quam aliæ sententiæ; & idè eam docet Vasquez suprà cap. 5. quod sic incipit: Nulla alia circa hanc controversiam sententia superesse videtur, nisi quam omninò veram, & rationi magis consentaneam censemus; videlicet, materiam hujus Sacramenti esse corpora ipsorum contrahentium non impedita, sed legitima, quæ per Matrimonium mutuo traduntur; formam autem esse consensum, per verba vel alia signa legitimè expressum. Pro qua citat ibidem plures Auctores ex schola Theologorum, quos sequitur Dicastillo suprà n. 247. dicens: Octava tandem & vera sententia est, materiam esse corpora contrahentium legitima; formam verò esse consensum, per verba vel alia signa legitimè expressos, vel (quod idem est) verba seu signa exprimentia consensum, atque ad eòs continentia.

& Dicastil.

Eadem sententia verior apparet Basil. Pontio l. 1. c. 7. n. 12. quia, inquit, plana est, & universalis doctrina omni contractui, & apprime quadrat verbis Eug. 4. de Matrimonio. Et præterea ex aliarum impugnatione constat, nihil probabilius dici posse.

110. *Impugnatur x.*  
Nihilominus contra hanc sententiam arguunt Aliqui apud Lugonem suprà n. 14. quia materia Sacramenti concurrat ad producendam gratiam; contrahentes autem in Matrimonio non concurrunt, nisi mediis suis actibus; ergo ipsimet non sunt materia.

111. *Resp. Lugonis, Vasq. & Dicast.*  
Respondet Lugo; hæc ratio non urget, quia ipsi contrahentes, juxta veram sententiam, sunt ministri; & per consequens causant gratiam, sive physicè, sive moraliter; ergo non est mirum, si concurrant etiam alio titulo, quatenus sunt materia; neque in hoc

est aliqua indecentia. Atque hæc est etiam responsio Vasquezii suprà n. 74. & Dicast. suprà n. 250. Ego autem respondeo; corpora contrahentium non causare gratiam sanctificantem nec physicè, nec moraliter; sed solam formam, in qua consistit tota essentia hujus Sacramenti, ut videbimus Concluf. sequenti.

Secundò impugnatur nostra Concluf. exemplo aliorum Sacramentorum, in quibus non est materia Sacramenti id, quod traditur; sed id, per quod significatur illius traditio, v. g. in Ordinatione & Consecratione Episcopi, quæ est quoddam Matrimonium spirituale, quod Episcopus contrahit cum sua Ecclesia, tamquam cum sponsa, ibi certè (inquit Lugo suprà n. 15.) traditur Episcopo potestas supra ipsam, hoc est, supra suam Ecclesiam, & supra fideles, qui in illa sunt: nemo tamen dixit, ipsam Ecclesiam seu illos fideles, ex quibus constat, esse materiam in eo Sacramento; sed potius unctionem, vel librum, per cujus traditionem significatur traditio potestatis supra Ecclesiam.

Similiter in Ordinatione Ostitarii, & aditur ei potestas aperiendi & claudendi Ecclesiam, & tamen non est materia in illo Sacramento Ecclesia ipsa, sed quæ ab Episcopo traduntur, quæ sunt claves & porta aliquando, non quidem Ecclesiæ, sed cubiculi privati ipsius Episcopi, per illas tamen significatur traditio clavium Ecclesiæ.

Similiter in Ordinatione Sacerdotis, materia apud Græcos est sola manuum impositio, absque ulla traditione calicis aut patenæ; immo & apud Latinos, quando confertur potestas absolventi, materia etiam est sola manuum impositio, forma verò illa verba: *Accipe Spiritum sanctum, quorum remisisti peccata &c.* ubi id, quod tradi intenditur, est potestas supra fidelium animas, & tamen fideles non sunt materia, sed potius illa impositio manuum, per quam significatur traditio potestatis, & sic de aliis. Non est ergo bona Consequentiæ in Matrimonio traduntur corpora contrahentium invicem; ergo ipsa corpora sunt materia hujus Sacramenti.

Confirmatur 1. in emptione domus id, quod tradi intenditur, est ipsa domus; id autem, per quod significatur & celebratur ipsa traditio, sunt claves vel scriptura, per quarum traditionem celebratur contractus; quare claves vel scriptura sunt materia, ex qua propriè constat contractus ille; domus verò est materia circa quam seu objectum, quod intenditur vendi & transferri.

Confirmatur 2. materia Sacramentalis non est omne id, ad quod utcumque dicitur ordinem ipsum Sacramentum, sed cujus interventu exercetur & ponitur, ut constat in omnibus aliis Sacramentis, in quibus omnibus inter-

intervenit realiter ipsa materia, ut ablutio in Baptismo &c. At verò corpora contrahentium possunt non intervenire tunc, quando fit Sacramentum Matrimonii, tunc scilicet, quando fit per procuratorem, qui contrahit nomine conjugis absentis.

114. Respondeo; hæc omnia facillimè solvi in nostra sententia, quæ docet, Sacramentum Matrimonii intrinsecè non constare ex alia materia & forma, quàm ex consensu exterioris expresso, cum significatione sacramentali, sive totam essentiam Sacramenti Matrimonii consistere in sola forma; adeòque corpora contrahentium esse dumtaxat conditionem aliquam necessariò prærequiritam, sive sint præsentia, ubi contractus & Sacramentum celebratur, sive non; sicuti non requiritur ad alios contractus, v.g. venditionis, ut res v.g. quæ venditur sit præsens, sed sufficit, quòd alicubi existat.

115. Nec obstat; quòd in aliis Sacramentis, materia debeat esse præsens formæ, ut in Baptismo, Confirmatione &c. quia materia in illis Sacramentis, vel est de intrinseca ratione Sacramenti, sive pars intrinseca, ut in Baptismo, Confirmatione, Extrema Unctione & Ordine; vel significatio formæ requirit talem præsentiam, ut in Eucharistia; hic autem neutrum invenitur; quia particulare est huic Sacramento, quòd sit verus contractus, ac proinde sequi debet naturam contractus, qui, ut liquidò constat, non requirit talem præsentiam. Atque hinc in multis aliis non licet argumentari ab aliis Sacramentis ad hoc Sacramentum, ut patet in formâ, in consensu conditionato, & similibus, de quibus in progressu.

116. Nunc quod attinet ad Sacramentum Ordinationis, per quod confertur aliqua potestas, in primis non habere rationem veri & propriè dicti contractus, nimis manifestum est, quàm ut indigeat probatione; quippe pueri validè ordinantur, qui tamen, defectu usûs rationis, sunt incapaces veri & propriè dicti contractus. Deinde disparitas est; quòd Christus, vel Ecclesia ex ejus voluntate, determinaverit certum aliquod signum externum reale, quo collatio istius potestatis significaretur, simul cum certa forma verborum correspondente, quæ clariùs illam potestatem exprimeret; adeòque signum illud externum reale, rectè dicitur materia proxima, & potestas, quæ datur, materiâ remotâ, & subiectum illius potestatis materiâ remotior. In præsentem autem casu, id est, in Sacramento Matrimonii non requiruntur certa verba per modum formæ, sed sufficit quodlibet signum externum interioris consensûs, quòd proinde dici debet non materiâ, sed formâ. Cumque traditio, quæ in hoc Sacramento seu contractu intervenit, non distinguatur

ab isto signo externo, sicuti in Sacramento Ordinis, traditio instrumentorum realiter distinguitur à forma verborum, liquet profectò, traditionem in Sacramento Matrimonii non rectè appellari materiâ, realiter distinctam à forma, sive ab isto signo externo; quemadmodum traditio instrumentorum rectè dicitur materiâ, realiter distincta à forma verborum.

Porro quod dicitur in prima confirmatione; per traditionem clavium aut scripturæ celebratur contractus emptionis, non videtur verum; quippe definitur emptio & venditio, quòd sit contractus, qui perficitur consensu mercis pro pretio, in quo distinguitur ab aliis contractibus, qui requirunt ad sui essentiam traditionem rei. Itaque non requiritur illa traditio scripturæ aut clavium, ut subsistat essentia venditionis; sed hæc traditio, postmodum accedens, solum est executio contractus venditionis, qui præcessit, aut certè signum consensûs interni, priùs præstiti.

Audiamus Dicastillionem suprâ n. 278. Falsum, inquit, est, materiâ esse claves, aut scripturam in venditione domûs, solum enim illa sunt signa quædam interni consensûs & solemnitates, aut modi requisiti alii, quando in jure positivo ad celebrandum contractum, & admittuntur ut signa consensûs contrahentium, præsertim scriptura; claves verò (nisi fortè alicubi requirantur necessariò pro necessitate ad transferendum dominium) sunt signum translati jam dominii aut juris ex consensu venditoris, & fictione juris est clavium traditio idem, quòd traditio domûs, aut possessio illius, ipsam tamen domum dicimus esse materiâ contractus. Adde; quòd sicut in consecratione Episcopi, Abbatis benedictione, & Canonici institutione, solent dari aliqua, quæ solum sunt signa, non causæ, v.g. traditio baculi, libri & similibus, ita & traditio clavium, & similia, possunt accipi ut signa. Hæc ille.

At verò traditio corporum est de essentia contractus, & Sacramenti Matrimonii, immò tota ejus essentia; neque distinguitur, ut suprâ dixi, à consensu de præsentem, signo externo expresso; secus traditio instrumentorum in Sacramento Ordinis, quæ, ut suprâ etiam notavi, est aliquid realiter distinctum à consensu Episcopi, verbis expresso. Et quoniam realis traditio corporum hic non requiritur, sicut requiritur realis traditio instrumentorum in Sacramento Ordinis; idèò corpora possunt esse absentia, non autem illa instrumenta.

Sed quid, dicit aliquis, si in contractu Matrimonii intervenerit realis traditio corporum, v.g. per carnalem copulam? Respondeo: illa supplebit locum alterius signi interni, expressivi consensûs interni; vel si aliud

117. An per traditionem clavium celebratur emptio domus.

118. Negat Dicast.

119. Traditio corporum est de essentia Matrimonii.

signum externum præcesserit, talis copula neque erit materia, neque forma contractus aut Sacramenti, sed usus rei traditæ; sicut usus rei venditæ, non est materia vel forma venditionis.

120. Aliter respondet Vasquez sup. n. 73. in contractu res ipsas, de quibus contrahitur, posse etiam dici materiam, ex qua constat contractus; neque enim inepte dicitur, contractus emptionis constare re, quæ venditur, & pecuniâ, quâ emitur, tamquam materiâ, & consensu legitime expresso, tamquam formâ; nam quàmvis respectu formæ res ipsæ sint materia circa quam, quia circa illas verba & consensus per modum actionis versantur, tamen respectu totius contractus non inepte dicitur materia, ex qua contractus ipse constare dicitur. Sic igitur de Matrimonii contractu, ac proinde de ipso, quatenus Sacramentum est, philosophari possumus. Hæc ille.

121. Sed contra arguit Lugo sup. n. 19. Si hoc esset, sequeretur, quod contractus stipulationis, quâ Petrus v. g. promittit Paulo scribere librum, constaret ex libro, qui promittitur scribendus, qui solus est materia circa quam hujus contractus: Consequens autem est falsum; quia licet liber postea non scribatur, contractus tamen validus fuit & perfectus in ratione contractus; ergo non constat ex libro scribendo; nam liber nunquam fuit scribendus, & tamen contractus fuit perfectus; ergo neque contractus emptionis constat ex ipsa domo empta, cum tam sit materia promissionis liber, quàm emptionis domus. Ratio autem est; quia contractus in ratione contractus, est ultrò citròque obligatio, seu ultrò citròque obligationem ex consensu contrahentium pariens, ut cum communi docet Lessius lib. 2. de Justitia c. 17. dub. 1. in qua definitione non includitur res ipsa, circa quam contrahitur obligatio, licet illa sit terminus obligationis; ergo contractus non constat ex re ipsa, sed est obligatio formalis vel causalis, quæ ordinatur ad illam rem; ergo similiter in contractu Matrimonii non includuntur corpora, quæ traduntur, sed obligatio, seu promissio mutua, inducens obligationem circa illa corpora. Ita Eminent. sup. n. 19.

122. Et n. 20. sic ait: Si Sacramentum Matrimonii, eod quod in eo detur conjugibus mutua potestas supra corpora, dicitur constare ex ipsis corporibus, eodem modo dici debet Sacramentum Ordinis constare ex animabus subditorum, cum in Ordinatione Presbyteri detur etiam ei potestas supra animas fidelium, & multò magis in Consecratione Episcopi detur ei potestas supra suam Ecclesiam, cui verè obligatur tamquam sponsæ, & quæ ei manet mutuo obligata. Consequens autem nemo concedet aut concessit; ergo nec in Matrimonio debet admitti.

123. Incipio ab ultimo & dico: quod præcise

per Ordinationem Episcopi, aut Presbyteri, nulla detur potestas supra animas fidelium, sed aut supra Ecclesiam, completè & perfectè; quia potest ordinari Episcopus sine subditis, vel Ecclesia, similiter Presbyter, ut patet in pueris, & Episcopis titularibus. Unde falsum est, in Ordinatione formaliter, quod Sacramentum est, contineri dispositionem aliquam, aut aliquod formale vel virtuale pactum.

Nonnè Episcopus legitime electus, & confirmatus, nondum tamen consecratus, jam inivit Matrimonium spirituale seu metaphoricum cum sua Ecclesia, & accepti potestatem in illam? Planè, ut declaravit Innoc. III. cap. Inter corporalia, de Translat. Episc. ibi: Sicut enim Episcopus consecratus, sine licentia Romani Pontificis, suam non debet Ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus, cum non debet in dubium revocari, quin post electionem, & confirmationem canonicam, inter personas eligentium, & electi, conjugium sit spirituale contractum, cui profectò Episcopalis dignitas (id est Consecratio) nihil addit: cum quis Episcopali prædictus dignitate, nullius tamen Ecclesiam possit esse Episcopus; quemadmodum de illo constituit, qui oneri Pontificali renuntiat, non honori. Unde cum non sit majus vinculum Episcopi ad Ecclesiam, quàm Electi, maxime cum fuerit confirmatus, immò idem penitus, & non aliud, idem juris obtinet in utroque.

Ubi Gloss. verb. Nihil addit, inquit: Consummatum tamen in Consecratione illud Matrimonium, infra eod. cap. Licet: Ubi sic legitur: Sicut legitimi Matrimonii vinculum, quod est inter virum & uxorem, homo dissolvit mensura... sic & spirituale fœdus conjugii quod est inter Episcopum & Ecclesiam, quod in electione instituitur, ratum in confirmatione, & in Consecratione intelligitur consummatum sine illius auctoritate solvi non potest, qui successor est Petri & Vicarius Jesu Christi.

Itaque in ipsa Consecratione seu Ordinatione Episcopi nullum intercedit pactum cum Ecclesia formale vel virtuale, multò minus in Ordinatione Presbyteri. Sin autem quandoque pactum aliquod conjugium detur, eadem foret de eo ratio, quæ de Matrimonio. Quapropter subditi, sine quibus, ut dictum est, potest ordinari Episcopus & Presbyter, non rectè dicuntur materia Ordinis, nequidem materia circa quam, multò minus ex qua; sed non inepte dicuntur materia circa quam potestatis jurisdictionis, quam Episcopus accipit per electionem & confirmationem; & consequenter non inepte dicitur, pactum istud seu conjugium spirituale, contractum inter Episcopum & Ecclesiam, constare ex animabus subditorum, tamquam materiâ, & consensu Episcopi legitime expresso, tamquam formâ.

Ad primam objectionem Lugonis, Respon-

pondetur 1. quod stipulatio, quâ Petrus v. g. promittit Paulo scribere librum, pro objecto suo habeat rem futuram; emptio autem domus rem præsentem; melius autem concipitur compositio ex re præsentem, & consensu, quam ex re futura, & consensu; quamquam & hæc compositio possit intelligi, tametsi res, quæ promittitur, v. g. liber scribendus, nunquam scribatur: Nam (inquit Dicaſtillo supra n. 268.) compositum & compositio, de qua agimus, non est compositum aut compositio physica & propria, sed metaphorica & moralis; & ut Plerique volunt, est merum ens rationis, aut extrinseca denominatio, quâ res, quæ promittitur, denominatur promissa ab actione promittendâ, ut ex promissione, cadente supra rem promissam, & ex ipsa re, quæ promittitur, componatur contractus, seu pactum; & quia caret nomine, accommodamus illi vocem, quâ alteram partem nominamus, appellando compositum ipsum promissionem, non quia fit sola actio promittendi, sed quia compositum caret speciali nomine, quod appelleretur; id quod sæpe fit & in Sacramentis, & in contractibus, aliisque similibus, in quibus ab altera parte, sive materia, sive forma, accipitur nomen ad significandum compositum illud morale artificiale, & rationis, non physicum; sic appellamus primum Sacramentum, *Baptismum*, non, quia sola tinctio, seu ablutio sit totum compositum Sacramentum; sic appellamus aliud Sacramentum *Pœnitentiam*, item, *Abſolutionem*, item *Confessionem*, quamvis non fit una ex istis partibus tantum, sed omnes simul.

Eadem ergo ratione appellamus promissionem compositum ex re, quæ dicitur promissa, & ex promissione ipsa, seu actione promittendi. Ad hoc autem ut hæc compositio fiat, & hoc compositum morale censeatur fieri, & esse, non requiritur alia existentia partis, quam quæ sufficiat ad hoc, ut ea pars possit componere illud qualecumque compositum simul cum sua parte. Immo, si aliqua alia existentia repugnet ejusmodi compositioni, necessario illam debet excludere, ut fiat compositio. Hæc ille.

Hinc ad promittendum aliquid, faciendum imposterum, satis est, quod promittens noverit illud esse possibile, posseque se illud facere, ut ex se satis constet; immo, si jam factum esset, non esset ejus fieri objectum promissionis. Ergo ut actio promittendi possit efficere rem, quæ promittitur, hæc res non debet actu existere secundum id, quod promittitur, id est, si promittitur fieri, non debet esse facta, si dari, non debet esse data, si liber scribi, non debet esse scriptus; sed posse scribi, & sub hac possibilitate potest esse materia, supra quam cadit promissio, eaque ratione simul cum actione promittendi componit unum compositum

morale, constans ex actione promittendi, quæ exprimitur internus animi consensus, & ex re, quæ promittitur; ad hoc autem, ut hoc morale compositum existat, non requiritur alia existentia rei promissæ, ut explicatum est. Itaque non solum contractus circa materiam actu existentem, ut Matrimonium; sed etiam contractus circa materiam possibilem, ut promissio prædicta, possunt dici componi ex re, circa quam versatur altera pars. Ita Dicaſtillo supra n. 269.

Atque ut nulla talis foret compositio, etiam in contractu Matrimonii, nunquid idem periclitaretur Fides Catholica de Sacramentis novæ Legis? Minimè: nam dicendo, corpora contrahentium tantum esse materiam remotam & circa quam, salvatur sufficienter doctrina Concil. Florent. in Decret. Eug. ut patet ex antè dictis. Et quia hic modus dicendi minorem, immò vix ullam, ut sic dicam, patitur difficultatem, hinc illum eligimus, & consequenter dicimus:

CONCLUSIO III.

Forma Sacramenti Matrimonii, in qua tota essentia ejus consistit, est consensus legitimus conjugum, externo signo expressus.

Hæc Conclusio videtur esse Scoti 4. dist. 26. q. 1. n. 17. ubi sic definit Sacramentum Matrimonii: *Est expressio certorum verborum maris & feminae ad se invicem, significantium traditionem mutua potestatis corporum, ad prolem debite procreandam, ex institutione Divina efficaciter significans gratiam, conferendam mutuo contrahentibus, ad conjunctionem mutuam animorum gratiosam.* Ubi solus consensus externo signo expressus, sive signum expressivum consensus interni, exprimitur in recto; hoc autem signum Doct. Subt. ibid. n. 13. in fine nominat formam hujus Sacramenti dicens: *Forma autem est aliquid signum sensibile, institutum à Deo, ad significandum efficaciter gratiam tunc collatam.*

Et prosequitur: *Sed hæc est dubium. Vel enim Deus instituit ita indeterminatum signum, ut sit signum efficax gratiæ, sicut indeterminatum signum requisitum ad contractum, vel magis determinavit illud, quod debet esse efficax gratiæ, quam ex impositione humana determinetur signum sufficiens ad contractum; & si sic, vel determinavit aliqua verba præcisè, puta, Accipio te in meam, vel in meum; vel determinavit indifferenter quæcumque verba exprimentia talem consensum.*

Et inter ista multum interest; quia si determinavit strictissime illud, scilicet quod forma hujus Sacramenti consistit in verbis præcisè, sequitur, quod multoties est contractus Matrimo-

127.  
Definitio Sacramenti Matrimonii, ex Scoti.

Forma ejus, ex eod.

128.  
An Deus instituerit aliquid determinatum signum.

nii sine Sacramento, etiam in Lege Evangelica; quia multoties contrahitur per alia verba, quam per ista. Si etiam determinavit verba, sed indifferenter consensum istum exprimentia, quæcumque sint ista; adhuc tamen, cum contrahatur quandoque inter mutos sine verbis, sequitur, quod alicubi est contractus iste sine Sacramento. Nec istud est absurdum, quia possibile est, quod usque ad legem Evangelicam frequenter contraheretur, ubi tamen nunquam fuit Sacramento, ut hic loquimur, scilicet proprie.

Si autem non determinavit, quod sit Sacramentum gratiæ magis, quam ex impositione humana determinetur signum sufficiens ad contractum, tunc potest dici, quod in quocumque contractu in lege Evangelica comitatur Sacramento; quia illud signum, quod requiritur ad contractum, est ex institutione Divina Sacramentum. Hucusque Scotus.

Itemque n. 15. in fine sic ait: Si autem stringendo formam ad certum signum, & ad ministros determinatos, oporteat consequenter dicere, quod non omnes contrahentes in lege Christiana recipiant Sacramento; potest tamen dici, quod percipiunt gratiam, si aliis non sit obex; quia Deus assistit ibi propter difficultatem illius contractus honesti; non tamen tantam gratiam, quantum perciperent cum Sacramento, maxime si impossibilitas non excuset.

129.  
Dubitatur  
tamen  
magis  
inclinat  
ad  
sententiam  
communem.

Ex his patet Doct. Subtilem dubitasse, an ex institutione Divina, foret necessarium ad valorem Sacramenti Matrimonii certum signum, seu certa forma verborum, alioquin non necessaria ad valorem contractus Matrimonii. Videtur tamen magis inclinare ad sententiam communem, quæ docet sufficere quodcumque signum externum, sufficienter expressivum consensûs interni, sive, idem signum sufficere ad valorem contractus & Sacramenti; quia neque ex Scriptura, neque ex PP. aut Concil. constat, Christum instituisse aliud signum, quando elevavit contractum Matrimonii ad dignitatem Sacramenti; ergo non est asserenda necessitas alterius signi, quæ, quanta quanta est, dependet à voluntate Christi.

Interim Scotus nihil resolvit, propter varias sententias DD. sed, quid consequenter dicendum sit, exponit, ut vidimus. Cum autem in textu præcedenti doceat, ut supra meminimus, quod institutio Matrimonii in esse Sacramenti, facta sit Matth. 19. videtur Scotus, sicut dixi, magis propendere in sententiam communem. Nam illò loci Christus Dominus loquitur de Matrimonio, nihil innovans in contractu, sed absolute, prout ab initio fuerat institutum: ergo institutio ibi facta non postulat contractum aliter fieri, ut sit Sacramento inter fideles baptizatos.

130.  
Apost. Ephes. Sed neque Paulus ad Ephes. 5. alludens tam ad verba primi parentis, quam ad eadem

repetita & confirmata à Christo, aliquid speciale in contractu designat, quod foret necessarium ad rationem Sacramenti, sed absolute de eo loquitur & universaliter juxta primam institutionem; ergo non est conveniens, quod nos aliquid aliud requiramus, ad rationem Sacramenti, quam quod olim erat requisitum ad contractum, præter Baptismum, qui est janua omnium Sacramentorum, juxta alibi dicta, & communem sententiam Ecclesiæ.

Porrò quod ait Scotus n. 15. contrahentes in lege Christiana percipere gratiam, tamen non recipiant Sacramento, si aliis non sit obex, intelligit Hiquæus in suo Comment. ad illa verba n. 81. de gratia ex opere operantis, & per excitationem; non autem de opere operato; quod significant illa verba Scoti: Propter difficultatem contractus honesti, quasi diceret; quia contractus difficilis est & honestus, idè meretur gratiam apud Deum, si aliis debite sit circumstantionatus; & per consequens, sic contrahentes percipiunt gratiam, non tamen tantam quantum reciperent per Sacramento; quia præter gratiam illam ex opere operantis, per Sacramento recipiunt gratiam ex opere operato, juxta propriam suam dispositionem & cooperationem.

Restat hic probandum; quod in sola forma consistat essentia Sacramenti Matrimonii, sive quod mutus consensus, per verba de præsentii expressus, sit tota essentia Matrimonii. Quod Aliqui conantur ostendere ex eo, quod hoc Sacramento sit transiens; ergo & significatio ejus; ergo & signum quod significat; jam autem corpora contrahentium permanent: similiter vinculum Matrimonii, quod oritur ex illo consensu; solus autem consensus est, qui transit; ergo huic soli competit significatio & effectus gratiæ, & per consequens ratio Sacramenti. Sicuti in Sacramento Ordinis, potestas, quæ datur, & permanet, non ingreditur essentiam Sacramenti, neque instrumenta, per quæ datur potestas, neque suscipiens potestatem, sed sola traditio instrumentorum, & verba, quæ transeunt, quamvis alia jam enumerata requirantur vel antecedenter, vel consequenter. Ergo similiter in Sacramento Matrimonii, tamen corpora contrahentium, tamquam materia remota & circa quam, antecedenter & concomitanter requirantur, ut etiam consequenter requiritur vinculum Matrimonii, tamquam effectus; equidem solus consensus mutus, per verba de præsentii expressus, qui transit, videtur constituere essentiam hujus Sacramenti.

Quod autem Matrimonium sit Sacramento transiens, & non permanens, patet; quia aliis usus ejus conferret gratiam, veluti utitur

Eucharistiæ permanentis, quod constat esse falsum.

Proinde, licet vinculum Matrimonii permanens significet conjunctionem Christi cum Ecclesia, eundem non est Sacramentum propriè dictum; non enim significat illam conjunctionem, per modum actionis sacræ, & cum effectu gratiæ sanctificantis. Est autem vinculum istud res & Sacramentum simul; res, quia significatur per consensum mutuum, per verba de præsentis expressum; Sacramentum autem impropiè, quia significat conjunctionem Christi cum Ecclesia. Sacramentum tantùm, est mutus ille consensus; quia tantùm significat; res tantùm, gratia Sacramentalis, quæ solummodo significatur.

Sed nunquid hic discursus sufficienter probat intentum? Videri posset alicui, quòd non; nam, ut dixi Concluf. præcedenti, res permanens potest esse de essentia Sacramenti transeuntis; ut enim Sacramentum dicatur transire, sufficit quòd altera pars transeat.

Respondeo: sufficit omninò; sed nunquid etiam hoc sufficit, ut utraque pars dicatur causare gratiam sanctificantem? Patet, quòd non; quia Sacramentum istud non causat gratiam, nisi inquantùm transit: ergo sola illa pars causat, quæ transit, quia illa sola est, quæ significat per modum actionis sacræ, adedque in ea sola fundatur significatio Sacramentalis; sicuti tota significatio Sacramentalis Sacramenti Pœnitentiæ fundatur in Absolutione, quamquam hæc Absolutio, ut Sacramentaliter significet, prærequirit Confessionem dolorosam. Sicuti ergo in sola Absolutione consistit, ut suo loco ostendimus, tota essentia Sacramenti pœnitentiæ (voca Confessionem dolorosam, partem moralis alicujus compositi, aut conditionem finè qua non, quæ tantùm est quæstio de nomine) ita in præsentis, sola forma Sacramenti Matrimonii est tota essentia; quia ipsa sola Sacramentaliter significat; voca corpora contrahentium materiam ex qua compositi alicujus moralis, sive potius materiam circa quam istius consensus, quæ solum est quæstio de nomine.

Essentiam itaque Sacramenti appello, id, quòd Sacramentaliter significat per modum actionis sacræ, si est Sacramentum transeuntis; constat autem tali modo non significare corpora contrahentium in hoc Sacramento; & idedò dicimus, solam formam esse totam essentiam, vocentur corpora materia ex qua, sive circa quam, parùm refert. Aliud cernitur in Sacramento Baptismi v. g. ubi ablutio, quæ est materia ex qua, etiam significat per modum actionis sacræ eundem effectum, quem significat forma verborum; & idem est in Confirmatione, Extrema Unctione & Ordine, in quibus materia ex qua, sunt actio-

nes, à Christo institutæ ad eundem effectum significandum cum forma verborum.

Neque hæc dicta repugnant Decreto Eug. in Conc. Florent. in quo consensus mutuus, per verba de præsentis expressus, dicitur causa efficiens Matrimonii; quia per Matrimonium non intelligit Sacramentum Matrimonii, seu Matrimonium in fieri; sed vinculum Matrimoniale, seu Matrimonium in facto esse, quòd propriè & simpliciter vocatur Matrimonium; nos autem dicimus istum consensum mutuum esse formam Sacramenti Matrimonii, non verò causam ejus efficientem propriè & in rigore loquendo.

Quòd addo: quia etiam aliquo modo posset dici causa efficiens Sacramenti; sic enim in physicis anima, seipsam uniens corpori in nutritione, aliquo modo est causa efficiens & formalis ejusdem compositi; ergo consimiliter consensus mutuus, uniens sibi ipsi moraliter practicam significationem gratiæ, aliquo modo posset dici causa efficiens & formalis Sacramenti Matrimonii. Ceterùm propria causa efficiens Sacramenti Matrimonii, sunt ipsi contrahentes, qui ponunt signum externum, cui ex promissione Divina annectitur gratia sanctificans, ut videbimus Concluf. sequenti:

Rogat aliquis à me, cur Eug. in suo Decreto non assignaverit materiam & formam hujus Sacramenti, neque causam ejus efficientem? Respondeo, propter diversitatem opinionum; supponens utique, in omni Matrimonio debere reperiri verum contractum, ac proinde illam esse materiam & formam, ac causam efficientem Sacramenti, quæ est materia & forma, ac causa efficiens contractus. Assignavit autem causam efficientem vinculi matrimonialis; quia illa apud Omnes erat certa.

Porro quòd ait Eug. *Causa efficiens Matrimonii regulariter est mutuus consensus* &c. non sic intelligas velim, quasi aliquando alia sit causa efficiens, quam mutuus consensus, aut absque mutuo consensu possit fieri Matrimonium, quòd falsum esse, patet ex alibi dictis; sed addidit Eug. *ly Regulariter*, ut significaret, consensum non necessariò esse exprimentum verbis propriè dictis, prout superius suo loco latius ostendimus; ubi etiam admittimus, copulam carnalem posse subire rationem illius signi, per consequens, posse esse causam efficientem vinculi matrimonialis, & formam Sacramenti Matrimonii.

Sed contra, dicit aliquis; illa copula non est actio sacræ. Respondetur: tam sacram esse, atque porrectio manus, vel traductio in domum, quæ sunt forma Sacramenti, quando adhibentur pro signo externo consensus interni.

Institas: copula est actio inhonestæ; non enim

135.  
Hæc doctrina non repugnat Florent.

Consensus mutuus ali-quo modo potest dici causa efficiens hujus Sacra-

136.  
Quare Florent. non assignaverit materiam & formam hujus Sacram.

Quare addiderit ly Regulariter.

Copula potest esse forma.

137.  
Obiectio solvitur.

enim honestatur, nisi inter conjuges; ergo minus sacra, quam porrectio manûs, immò absolutè non sacra.

*Solvitur.* Respondetur: copulam honestari non solum inter conjuges in facto esse, sed etiam in fieri; hic autem sunt conjuges in fieri, nam per illam copulam perficitur Matrimonium. Dicuntur ergo illæ actiones sacræ, quia habent annexam significationem practicam gratiæ.

138. *An illa copula sit peccaminosa.* Aliqui hic respondent; illam copulam non habere rationem formæ, sed supponere semper consensum, alio signo expressum. Vide dicta Sect. præced. Conclus. 5.

Sed quid, si eo usque suspenderetur consensus? Respondent ipsi; casum non esse moralem, cum enim possint sine peccato copulari, cur volent peccare? Verum hic petitur principium; nam probatum oportuit, non suppositum, copulam illam esse peccaminosam; & aliunde potest contingere, quod si alio signo exprimeret suum consensum, alia pars nollet contrahere, v. g. quando subfuit ab initio impedimentum dirimens, & jam dispensatum est.

*Eo supposito adhuc posset esse forma.* Supposito autem quod esset peccaminosa; ergo non potest esse forma, Negatur Conseq. sed inde solum videtur sequi, quod impediretur efficacia gratiæ, cum Matrimonium sit Sacramentum vivorum, quod prærequirit statum gratiæ. Nonne si Ecclesia prohiberet contrahere Matrimonium per certum aliquod signum, v. g. per porrectionem manûs, nonne, inquam, signum illud, quàmvis peccaminosum, esset vera forma validi Sacramenti? Quid ni (interrogat quispiam) idem posset dici de copula?

139. *Probatur à simili.* Respondeo: planè idem dici posset, si copula foret prohibita per solum jus humanum. Neque tunc esset forma, quatenus peccaminosa est; sed quatenus est talis actus externus, per quem exprimitur consensus internus, ad quam expressionem impertinens est ratio peccati. Accipe simile; consecratio Eucharistiæ potest esse peccaminosa, & nihilominus valet; quia ratio peccati impertinens est ad transubstantiationem, ad quam sufficiunt signa illa externa, cum voluntate consecrandi; & alioquin per se loquendo consecratio est actus bonus & honestus, & solum extrinsecè vitiatus à fine, aut alia indebita circumstantia. Ergo confimiliter si copula illa ex objecto suo foret bona & honesta, ut ego suppono, & statim probabo, & solum extrinsecè vitiata, defectu debiti finis, aut alterius circumstantiæ, v. g. quia per legem humanam prohibita, nulla est ratio, quare non foret legitima forma Sacramenti Matrimonii eodem modo, quo porrectio manûs, quæ similiter esset mala.

140. Immo, tamen illa copula per se esset ma-

la, cur non posset esse valida forma Sacramenti Matrimonii, sicuti ablutio occisiva, tamen per se mala, potest esse materia valida Baptismi? Sicuti enim illa ablutio, non quæ mala, sed quæ vera ablutio, est valida materia; neque hoc repugnat institutioni Christi, qui generaliter pro materia Baptismi instituit ablutionem; sic itidem copula in tali casu, non foret forma valida Sacramenti Matrimonii, quatenus mala est; sed quatenus est verum signum consensûs interni, quod à Christo institutum est pro forma hujus Sacramenti. Intellegit autem per copulam, non ipsam præcisè commixtionem, sed dispositionem ad illam (quàmvis & ipsa commixtio possit intelligi, si tanta esset malitia hominum, ut vellet peccare, ubi & quando non esset opus peccare) quæ indubiè esset peccaminosa, nisi simul poneretur Matrimonium.

Et quàmvis illa dispositio seu copula sit naturâ prior Matrimonio, tamen in illo instanti naturæ non verificatur hæc propositio: *Cognoscit non suam*; quia in eodem instanti durationis hæc est vera: *Cognoscit suam*. Sicuti non verificatur in instanti naturæ hæc propositio: *Homo non est risibilis*, quàmvis præcedat naturâ rationalitas, quæ abstrahit à risibilitate; idque quia in eodem instanti durationis verificatur hæc propositio: *Homo est risibilis*.

Deinde, demus cognoscere non suam, illud non est peccatum; nisi quando post illum actum manet non sua. Veluti dum aliquis mihi dat pecuniam mutuam, non facio ipsi injuriam, accipiendo ejus pecuniam, quia per illam acceptionem fit pecunia mea; sed si post acceptionem maneret alterius; ergo similiter in præsentia. Et ratio est; quia ipsa copula habet rationem contractûs Matrimonii.

Finem imponet Conclusioni resolutio hujus quæstionis: Forma hujus Sacramenti qualiter una? Respondet Scotus supra num. 15. *Una unitate integritatis, non unitate indivisibilitatis: verba enim, hinc inde expressis conceptibus, sunt unum signum integrum, & respectu contractûs, & respectu gratiæ. Nec est inconveniens plures formas particulares esse unum Sacramenti, sicut dictum est supra de Eucharistia, de forma super panem & vinum.* Cum autem forma sit tota essentia hujus Sacramenti, sequitur hoc Sacramentum esse unum unitate integritatis, non unitate indivisibilitatis, contra Petrum de Ledesma de Matrim. q. 42. a. 1. dub. 3. ad 3. ubi docet esse unum Sacramentum, etiam unitate indivisibilitatis, quem sequitur Sanchez lib. 2. disp. 10. cap. n. 5. quia, inquit hic Auctor, licet ibi sint plura materialiter, & in genere entis; at est unicum signum, representans unicam unionem Christi cum Ecclesia, & unica materia

& forma, ac neutra per se hoc repræsentat: quod longè aliter contingit in Eucharistiæ speciebus, cum quævis per se constet ex sua materia & forma, habeatque veram significationem & gratiam conferat. Hæc ille.

143. *Resp. ad fundamentum Sacra.*  
 Respondeo: repræsentationem unionis Christi cum Ecclesia, non esse sacramentalem novæ legis; tum, quia hanc unionem non causat Sacramentum Matrimonii, sed supponit; de ratione autem Sacramenti novæ legis est, causare suum significatum; tum, quia eandem repræsentationem habuit Matrimonium, antequam institueretur Sacramentum. Porro dicitur Sacramentum novæ legis, ut causat gratiam. Cum ergo gratia duplex sit, scilicet in utroque contrahente, etiam ejus significatio duplex esse debet, saltem virtualiter, veluti dum plures unâ formâ baptizantur.

144. *Præmissa Summa Sententia versus effectum gratia, cuius est vinculum.*  
 Immo significatio hæc formaliter duplex est, quia duplex partialis forma, consensus viri & mulieris, qui non aliter causant gratiam, quam ut diversi sunt; sic enim, & non aliter, constituunt contractum, qui ex his integratur.

Deinde (inquit Hiquæus in suo Comment. ad illum locum Scoti n. 74.) sive minister sit uterque sibi ipsius Sacramenti, sive alteri, non ministrat sibi aut alteri, nisi per consensum proprium, qui est in potestate ipsius; ac proinde respectu illius salvatur intentio requisita in ministro; quia actio, ut procedit à ministro, est applicatio seu ministerium Sacramenti, non aliter. Vinculum præterea est diversum in ipsis, qui est effectus contractus, quia vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, neque vicissim mulier sui, sed vir. Vinculum ergo unius respectu alterius, est obligatio, quâ alteri tenetur, cum nullus ad seipsum obligari possit per justitiam, quæ est ad alterum: & quàm vis respondeat obligatio similis in altero, planè diversa est, & ex diversa numero causa, nempe ex consensu proprio ejus. Hæc ille.

Igitur hic duplex forma, duplex materia, duplex intentio, duplex gratia, & duplex vinculum, quid ni ergo sit duplex partiale Sacramentum? Quippe quod causæ diversæ, ad suos diversos effectus simul concurrant, non tollit diversitatem in causis, inquit Hiquæus sup. n. 75.

145. *Præmissa Summa Sententia versus effectum Sacra.*  
 Quod attinet ad Sacramentum Eucharistiæ, admittimus aliquam esse disparitatem, sed in multis est paritas; videlicet, quod sicut diversa verba consecrationis, applicata diversis materiis, pani scilicet & vino, causant in ipsis diversos effectus ex vi verborum, & species consecratæ causant singulæ gratiam in suscipientibus; ita etiam distincti consensus, exterius expressi, applicati distinctis corporibus, causant in ipsis diversos effectus, scilicet

et diversa numero vincula seu obligationes, & singuli conferant gratiam suscipientibus hoc Sacramentum, si adsit debita dispositio, & juxta quantitatem dispositionis; ita, ut in uno possit causari gratia, eâ non causatâ in altero propter obicem; & in uno majorem, in altero minorem, propter inæqualem dispositionem; fortè etiam in uno esse Sacramentum, & non in alio, ut infra dicitur. Patet ergo (inquit Hiquæus supra) diversitas partialis, à Doctore asserta, ex diversitate signi partialis, ex diversitate ministri, ex diversitate subjecti, & ex diversitate dispositionis.

Sed dicit aliquis cum Melchioro Cano de Locis lib. 8. c. 5. in solutione ad 3. Sacerdos est minister hujus Sacramenti; ergo malè asseritur ab Hiquæo diversitas partialis, ex diversitate ministri. Responsio erit

CONCLUSIO IV.

Ministri Sacramenti Matrimonii, sunt ipsi contrahentes, non autem Sacerdotes benedicentes, vel assistentes.

146. *Oppositum Concl. docet Canus, Scribonius, Sylvius & alii.*  
 Ita communissimè DD. contra Melchiorum Canum de Locis Theologicis lib. 8. cap. 5. Marium Scribonium Sum. totius veritatis Theolog. de Sacram. Disput. 9. q. 5. Sylvium q. 42. Suppl. a. 1. quæsto 1. & 2. & Paucos alios, existimantes, ministrum esse Sacerdotem, & verba ejusdem: *Ego vos in Matrimonium conjungo* &c. aut similia, formam; verba verò contrahentium esse materiam, quæ proinde sine illis faciant contractum civilem, non Sacramentum.

Sed hanc opinionem Varii notant, esse temerariam, aut improbabilem. Nos à censura abstinentes, quoniam adhuc hodie publicè in Academia Lovaniensi propugnatur, cam, saltem ut minùs probabilem, rejicimus, & oppositam, quæ est Concl. nostra, probamus ex Conc. Florent. & Trident. quæ, ut suo loco vidimus, docent, Matrimonium in nova lege esse verè & propriè dictum Sacramentum; nusquam tamen dicunt, ministrum hujus Sacramenti esse Sacerdotem seu Parochum; quod tamen indubiè dixissent, si Christus in lege nova eum specialiter instituisset. Quæ enim ratio, potius silendi ministrum Matrimonii à Christo institutum, & necessarium ad valorem Sacramenti, quàm ministrum aliorum Sacramentorum?

147. *Concl. probatur ex Florent.*  
 Multis (inquit Conc. Florent.) *adhibitis disputationibus, colloquutionibus & tractatibus, postque non mediocrem testimoniorum inspectionem, quæ ex SS. Ecclesiæ PP. & DD. deducta sunt, & earum, de quibus agebatur, rerum dis-*



discussione, tandem expedire iudicavimus, ne ulla in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenos hesitatio esse valeat, atque idem, per omnia sapiant cum Sede Apostolica, unioque ipsa stabilis & perpetua, sine ullo scrupulo perseveret, ut sub quodam brevi compendio, orthodoxæ fidei veritatem, quam super præmissis Romana proficitur Ecclesia, per hoc Decretum, sacro hoc approbante Florent. Conc. ipsis Oratoribus, ad hoc etiam consentientibus, traderemus. In primis ergo & c. Et infra: *Quintò* Ecclesiasticorum Sacramentorum veritatem pro ipsorum Armenorum, tam præsentium, quam futurorum, faciliiori doctrinâ, sub hac brevissima redigimus formula. *Novæ Legis septem sunt Sacramenta &c. Septimum est Sacramentum Matrimonii &c. Causa efficiens Matrimonii regulariter est mutui consensus per verba de præsentibus expressus.*

Si autem ad veritatem Sacramenti Matrimonii requiritur Sacerdos tamquam ejus minister, quomodo veritatem ipsius Sacramenti redigit sub hac brevissima formula verborum, in qua utique formula nulla fit mentio Sacerdotis? Nonne Armenii merito potuissent conqueri & dicere, Pontificem diminutam eis tradidisse doctrinam, & esse causam maximi inconvenientis, scilicet non susceptionis Sacramenti Matrimonii, defectu debiti ministri, quem facile poterant ignorare, esse Sacerdotem, eò quòd Conc. eum non exprimeret, cum tamen exprimat ministros aliorum Sacramentorum?

148.  
Concil. Florent. expressit omnia essentialia hujus Sacramenti.

Itaque censendum omnino, Concil. expressisse omnia essentialia Sacramenti Matrimonii, quamvis in particulari non dixerit, materia hujus Sacramenti sunt corpora contrahentium, forma signum externum mutui consensus, minister ipsi contrahentes. Supposuit namque eadem esse essentialia contractus & Sacramenti Matrimonii, & probe scivit diversitatem opinionum, ut dixi Conclus. præced. circa materiam & formam, etiam ipsius contractus, & iudicavit parum referre, immò nihil, ad fidem Catholicam, quid quisque sentiat, dummodò omnes sciant, ad veritatem tum contractus, tum Sacramenti, necessarium esse mutuum consensum, per verba de præsentibus expressum; utpotè qui esset tota essentia tum contractus, tum Sacramenti.

Et quia non intendebat assignare causam efficientem ipsius Sacramenti; sed tantummodò vinculi matrimonialis, idèd non dixit: *Causa efficiens Sacramenti Matrimonii*; sed simpliciter: *Causa efficiens Matrimonii*; non autem dixit hoc, ut significaret, alium esse ministrum contractus, alium Sacramenti.

149.  
Differentia quam ponit Trid. inter

Quantum ad Conc. Trident. tantum in eo ponit differentiam inter Matrimonium veteris legis, & novæ legis, quòd *Matrimonium in lege Evangelica veteribus connubiis per Christi*

stum gratiâ præstet. Sin autem etiam ministro præstaret, cur & hanc differentiam non expressisset? Cùmque nuppiam distingueret inter contractum Matrimonii, & Sacramentum Matrimonii, neque nos distinguere debemus, absque evidenti ratione. Ad eò quòd declarat c. 1. de Refor. Matr. dubitandum non esse, *Clandestina Matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse Matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit*, intelligi debet, non de solo contractu, sed etiam de Sacramento Matrimonii; ergo ex mente hujus Concil. non Sacerdos, sed ipsi contrahentes sunt ministri, non tantum contractus, quòd Omnes admittunt, sed etiam Sacramenti Matrimonii.

Interim sancta Dei Ecclesia, ut ibidem dicitur, ex iustissimis causis, Matrimonia clandestina semper detestata est atque prohibuit: et non fuerunt Sacramenta, Negatur Conseq. Nam etiam sancta Dei Ecclesia semper detestata est atque prohibuit Baptismum, & alia Sacramenta, conferri ab excommunicatis; ergo non valent, si ab eis conferantur, non rectè sequitur. Ergo tamen si Ecclesia semper prohibuerit Matrimonium clandestinum, non rectè inferitur; ergo semper fuit invalidum in ratione Sacramenti.

Et sanè, non idèd illud prohibuit, quòd deerat Sacerdos, quem Adversarii volunt esse ministrum Sacramenti; sed ob alias causas, quas ibidem Concil. enumerat, & de quibus suo loco tractabimus; quæque cessare possunt, tamen si Matrimonium contrahatur, non præsentè aliquo Sacerdote, dummodò adesse alii testes fide digni. Quòd ergo jam non valeat Matrimonium, neque in ratione contractus, neque in ratione Sacramenti, nisi fiat in præsentia Parochi, seu alterius Sacerdotis, de ipsius licentia, merè est juris politici humani, quòd requirit illam præsentiam non tam ad essentiam, quam ad solemnitatem Matrimonii, & vocari debet; non tam forma Matrimonii, sive contractus, sive Sacramenti, quam benè forma solemnitatis, sive solemniter contrahendi.

Undè inscribitur cap. illud 1. de Refor. Matr. *Matrimonii solemniter contrahendi forma, in Conc. Later. præscripta, innovatur*. Et in ipso cap. dicitur: *Si nullum legitimum impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesie procedatur, ubi Parochus viro & muliere interrogatis, & eorum matris tuo consensu intellecto, vel dicat: Ego vos in Matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque Provincie ritum.*

Hæc ergo est forma celebrandi Matrimonium in facie Ecclesie, non autem simpliciter celebrandi Matrimonium, sive in ratione

ne contractus, five in ratione Sacramenti: quamvis alioquin, non servat illa forma quod ad presentiam Parochi, ubi Concilium obligat, Matrimonium non valeat neque in ratione contractus, neque in ratione Sacramenti, ut eodem cap. declaratur his verbis: Qui aliter, quam presente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus, Matrimonium contrahere attentabunt; eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit. & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos presentis Decreto irritos facit & annullat.

152. Loquela Parochi non est necessaria ad validum Matr. ex de. clac. Card.

Ubi notandum, quod dicat: Qui aliter, quam presente Parocho; non autem presente, & loquente Parocho; ergo loquela Parochi non est necessaria ad valorem Matrimonii, prout habet Declaratio Cardinalium, relata ad presentem cap. n. 5. sub hac forma verborum: *Et si Parochus nihil dicat, constat tamen Matrimonium, modo partes contrahant. Et alia Declaratio n. 6. Non pertinet ad substantiam Matrimonii, ut Parochus aliqua verba proferat: idcirco valet Matrimonium, quamvis verba, experimentia consensus, prolata sint tantum a contrahentibus, dummodo Parochus sit presentis, & intelligat id, quod agitur, licet dissentiat & contradicat.*

153. Resp. Sylvius ad illud Decretum

Respondet Sylvius 2. q. 100. a. 2. circa finem: Declarationes illas, Cardinales non agnoscere pro suis; idcirco curasse eas simpliciter prohiberi, & Indici librorum prohibitorum adungi. Sacra siquidem Ill. Card. Congregatio sibi dicit innotuisse, aliquot volumina Declarationum, ementito ipsius Congregationis nomine, prodijisse in lucem, quas tamen in tenebris delituisset consultius fuisset; quando nondum undique scateant erroribus, sed alicubi etiam vera & germana sacrosanctae Synodi intelligentie profus ad versantur. Et propterea: *Decretum Indici librorum prohibitorum addendas esse omnes & qualescumque Collectiones Declarationum, Decisionum seu Interpretationum Congreg. Concilii impressas vel imprimendas, praesertim vero editiones infra scriptas. Ubi eas nominatim exprimunt, quae hic allegantur.*

Prohibito Decretum per Cong. Card.

Et cum hoc Decretum factum fuisset die 29 Aprilis An. 1621. alia Ill. Card. sacra Congregatio qui ad Indicem librorum sunt deputati, sic loquitur: *Omnes supradictas Collectiones, Declarationes, Decisiones ac Interpretationes Congreg. Concilii impressas, tum imprimendas, & praecipue supra expressas, presentis Decreto, ob id specialiter factis, prohibet, mandans singulis eiusdemque gradus & conditionis, sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis, ne impostum a presentis Decreti notitia, aliquas amplius huiusmodi Concilii Collectiones, Declarationes, Decisiones, ac Interpretationes imprimere, legere vel quomodo cumque etiam, sine ulla Superiorum licentia, apud se deinceps audeant. Quod Decretum die quidem 6 Junii*

an. 1621. emanavit, sed in nostram demum venit notitiam an. 1625.

Quibus nunc addo SS. D. Urban. 8. 2. Aug. an. 1631. statuisse, *Declarationibus ejusdem S. Congregationis tam impressis, & imprimendis, quam manuscriptis, nullam fidem esse in iudicio, vel extra, a quoquam adhibendam, nisi illis, quae in authentica forma solito sigillo & subscriptione Eminent. Card. Praefecti ac Secretarii ejusdem Congregationis, pro tempore existentium, munitae fuerint. Quod Decretum 21. Novembris an. 1631. publicari iussit Episcopus Attrebat. ut ex Registro Secretariat. Episcopi Attrebat. constat, cujus copiam authenticam habeo. Cum ergo Declarationes sup. memoratae non sic sint munitae; clarum est, nullam fidem eis esse adhibendam, inquit Sylvius supra.*

154. & Constitutio nem Vr. 8.

Video, sic responderi posse ad illas Declarationes, scilicet de eis non constare authentice. Sed nunquid de duabus prioribus, quas hic producit Sylvius, constat authenticitatem? Nescio. Hoc scio, post ipsas Antuerpiae apud Joannem Meursium an. 1644. impressum esse Conc. Trident. cum Declarationibus Card. inter quas habentur, quae supra pro nostra sententia adduximus, impressum, inquam, esse cum omnibus debitis approbationibus. Quid sit, ab illis non dependet veritas communis doctrinae, sed potius ab ipsis verbis Concilii, in quibus nulla sit mentio nullitatis Sacramenti, si Parochus, vel ex malicia, vel ex ignorantia, aut oblivione, non diceret: *Ego vos in Matrimonium conjungo &c.*

155. Veritas Concl. non dependet ab illis Declar.

Nec dixeris: est argumentum ab auctoritate negativa, ergo non valet. Quippe in iis, quae dependent a libera voluntate Dei, prout dependent materiae & formae essentiales Sacramentorum, bene sequitur: non ostenditur, Deum instituisse talem rem materiam essentialem, aut talia verba formam essentialem; ergo talis res non est materia essentialis, aut talia verba forma essentialis. Et consimiliter in his, quae pendunt a determinatione Ecclesiae, veluti materia in individuo Sacramenti Ordinationis, recte argumentamur ab auctoritate negativa, dicendo; non constat Ecclesiam hoc vel illud determinasse; ergo hoc vel illud non est materia.

156. Quando valet arg. ab auctoritate negativa.

Cum ergo impraesentiarum non constet, verba illa: *Ego vos in Matrimonium conjungo &c.* esse a Christo instituta, aut ab Ecclesia determinata, tamquam forma essentialis Matrimonii, recte inferitur ab auctoritate negativa; ergo non sunt forma essentialis, sed tantum verba aliqua ceremonialis, quibus in facie Ecclesiae approbatur & confirmatur contractus Matrimonii, antea celebratus per mutuum consensum, signo externo expressum; quasi diceret Parochus: *Declaro vos legitime conjunctos, ac nomine Ecclesiae conjunctionem vestram appro-*

Non constat illa verba: Ego vos in Matrimonium &c. esse essentialia.



bo. & publicè auctoritate eam confirmo: ita ut publicè, & in facie Ecclesiæ, ab omnibus firma ac rata inviolabiliter haberi debeat.

157. Sensus bonum verborum ex Coninck declaratur.

Ita Coninck hic disp. 24. dub. 3. num. 29. (ubi longè & latè disputat pro nostra Conclus.) Sicut, inquit, contractus, qui aliàs privatim validè feret, si coram Magistratu & Notario fiat, horum auctoritate confirmatur. Quod maximè locum habet post Trident. cum Sacerdos suà præsentia dat firmitatem contractui Matrimonii, qui aliàs esset invalidus. Et hæc ratione Sacerdos, ei assistens, potest dici minister Matrimonii: tum etiam ratione sacrarum ceremoniarum, quæ ei ob reverentiam Sacramenti adjunguntur, quorum minister est Sacerdos. Tertid; quia quatenus Matrimonium est Sacramentum, ad Sacerdotes pertinet, fideles in eo suscipiendo dirigere, & dignos ad id admittere, & indignos ac ineptos arcere, & hæc ratione dicuntur id administrare ac dispensare: sicut dicitur æquam putei dispensare, qui volentes haurire, suo arbitrio admittit aut arceat. Hæc ille.

158. Eum rejicit Sylvius ob duplicem rationem.

At hic intellectus, inquit Sylvius supra, ut est valdè improprius, ita non est fundatus, nec recipiendus.

Primò; quia in celebratione Sacramentorum Ecclesiæ non solet passim uti locutionibus valdè impropriis; passim autem utitur verbis illis; *Ego vos conjungo*; ergo non accipit tam impropriè. Secundo; quia is, qui solùm declarat aliquos esse conjunctos, eorumque conjunctionem nomine Ecclesiæ approbat & confirmat; reverà non conjungit illos; nec propriè, nec impropriè: ergo non potest cum veritate dicere: *Ego vos conjungo*.

159. Responsio.

Respondeo; reverà conjungit illos eo modo, quo potest eos conjungere, & quo Ecclesiæ intendit eos conjungere; nam ut fatètur Sylvius ibi, non conjungit eos, addendo tale novum vinculum, quo Matrimonium reddatur magis insolubile, quam esset, si Parochus cum testibus præsens adesset, & sileret; sed ad vinculum contractus (cujus causa efficiens sunt ipsi contrahentes) superaddendo sacrum ac spirituale vinculum, ac sponsum & sponfam animis conjungendo per gratiam, quam isto Sacramento Deus iis confert. Hæc ille.

Parochus proprie non conjungit sponso. Trid.

Ergo, infero ego, propriè illos non conjungit; nam conjunctio in Matrimonio, propriè significat (juxta Tridentinum sess. 24. in principio) Matrimonii perpetuitatem insolubilemque nexum; sicut ait: *Matrimonii perpetuum insolubilemque nexum, primus humani generis parens, Divini Spiritus instinctu pronuntiavit* &c. Hoc autem vinculo, duos tantum copulari & conjungi, Christus Dominus apertius docuit, cum posteriora illa verba, tamquam à Deo prolata

referens, dixit: Itaque jam non sunt duo, sed una caro: Statimque ejusdem nexi firmitatem, ab Adamo tanto ante pronuntiatam, his verbis confirmavit: *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet*. Ubi ly *Conjunctum*, manifestè significat vinculum Matrimonii insolubile.

Cùm ergo in aliquibus Ecclesiis utantur dictis verbis, loco illorum: *Ego vos in Matrimonium conjungo*, liquet profectò, etiam in his ipsis, ly *Conjungo*, significare vinculum insolubile Matrimonii; ac proinde, cùm non possit propriè intelligi de prima efficientia hujus vinculi, debet necessariò impropriè intelligi de ejus confirmatione seu declaratione.

Et sanè gratia, quæ confertur in hoc Sacramento, non vocatur à Concilio Trident. *Conjunctio*, sed, *Confirmatio* insolubilis unitatis supra, *Gratiam, vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, & insolubilem unitatem confirmaret, conjugisque sanctificaret, ipse Christus* &c. Ergo non est verisimile, per ly *Conjungo*, in istis verbis: *Ego vos in Matrimonium conjungo*, intellexisse vinculum illud spirituale per gratiam; quod & ipsum impropriè significatur per ly *Conjungo*, ut patet; cùm illa gratia, ut jam dictum est, sit tantùm perfectio & confirmatio naturalis illius amoris, & insolubilis unitatis.

Non tango; verisimilius esse, idque PP. Concilii probè scivisse, gratiam conferri ante prolationem istorum verborum; si necem voluissent contrarium decernere, indubiè aliter fuissent locuti, & aliis verbis sua mentem explicassent, æque formam essentialem reliquissent dispositioni uniuscujusque provincie in particulari; cùm in aliis Sacramentis ubique ferè sit uniformitas, ut patet in forma Baptismi, Confirmationis &c.

Si ergo Conc. existimasset in hoc Sacramento formam verbalem fore necessariam, sicut in aliis Sacramentis, proculdubio certa aliqua verba præscripserit, saltem pro tota Ecclesiæ Latina; jam autem reliquit illam formam dispositioni uniuscujusque provincie; signum profectò, quod non sit forma essentialis, sed tantùm ceremonialis, alioquin non admitteret tantam diversitatem, quatenam de facto admittit. Nam Alii dicunt (inquit Sotus 4. dist. 26. q. 2. a. 2. arg. 4. in fine) *Ego vos sponso & Sacramento confirmo, & Alii. Quos Deus conjunxit, homo non separet*, atque Alii aliter. Si Sacerdos Sacramentum confirmat, ergo per illa verba non confert Sacramentum; sed supponitur jam collatum per mutuum consensum, per verba de præsententi expressum. Et si Deus eos conjunxit, ergo Sacerdos non conjungit per ista verba, sed supponit jam per Deum, id est, per gratiam sacramentalem conjunctos.

13 Sac

Et verò quæ æquivalentia inter illas formas: *Ego vos in Matrimonium conjungo*, & *Quos Deus conjunxit*, homo non separet? Nam in priori forma solum exprimitur conjunctio, in posteriori insuper indissolubilitas conjunctiois. Deinde quæro, in vocatio SS. Trinitatis solum est necessaria de præcepto, an etiam necessitate Sacramenti? Quæ ergo verba præcisè necessaria necessitate Sacramenti? Mirum DD. nunquam de hoc disputasse, cum in aliis Sacramentis diligentissimè quarant, quæ verba sint necessaria necessitate Sacramenti. Ex quo manifestè colligitur, sensum communem fuisse, illa verba in Matrimonio non esse Sacramentalia, sed tantum ceremonialia.

mus Mag. Sent. 4. dist. 18. *Hoc sanè dicere ac sentire possumus*, quod solum Deus dimittit peccata & retinet: & tamen Ecclesiæ contulit potestatem ligandi & solvendi: sed aliter ipse solvit vel ligat, aliter Ecclesiæ; ipse enim per se tantum dimittit peccatum, quia & animam mundat ab interiori macula; & à debito æternæ mortis solvit. Non autem hoc Sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem solvendi & ligandi, id est, ostendendi homines ligatos vel solutos. Ergo secundum Magistr. quando Sacerdos dicit: *Absolvo te*, idem est, ac si diceret, Ostendo te absolutum. Cur ergo, quando Sacerdos dicit: *Conjungo vos*, non possit esse sensus: Ostendo vos conjunctos?

Mag. Sent. tent.

Explicatur verba Absolutionis: ex Groppeo.

Eandem explicationem verborum Absolutionis, invenies in Concil. Colonienfi, five potius in Enchiridio, quod adjungitur illi Concil. ex quo Sylvius petit testimonium pro sua sententia, ut infra videbimus. In illa itaque Enchiridio, cujus Auctor est, ut existimat Bellar. lib. 1. de Matr. c. 6. Joannes Gropperus, pag. 177 sic lego: *Principio ergo roget aliquis; si verum est, peccata in interiori penitentia remitti, ac hominem justificari, quia exteriori penitentia opus est? Aut quidam post remissionem culpæ, & Absolutionem penæ æternæ (quæ in interiori penitentia Deus operatur) facit Sacerdos?*

166. Explicatur verba Absolutionis: ex Groppeo.

Cui quæstioni respondens ait: *Hæc quæstio ex superioribus satis explicari potest; sed ut res clarissimè intelligatur, id animo repetendum est, quod paulò ante diximus, necesse esse, ut remissionem peccatorum accipias, certò credere, tibi remissa esse peccata propter Christum. Fano cum hæc certitudo non judicio sensuum, aut rationis effecti in nobis queat, sed fide tantum; constat autem, fidem in paucissimis hominibus, præsertim his, qui gravioribus criminibus occupati quandoque fuerunt, ad eam certitudinem (nisi æternis signis juvetur) pervenire ut certò credant aut stantant, se esse in gratia, nimirum dissidentia ac dubitatione de voluntate Dei, quæ in animis nostris naturaliter hæret, cum fide perpetud luctante, quod re ipsa unumquemque in animo suo experiri non dubium est. Idcirco Christus, huic imbecillitati Fidei nostræ per externum Sacramentum subveniendum ratus Penitentia Sacramentum instituit Joan. 20. ut quemadmodum Baptisimum, Eucharistiam & cetera Sacramenta, certæ & efficacia signa esse voluit, quibus doceamur, ut quod foris in specie visibili geræcervimus, intus per fidei virtutem in nobis effecti certò credamus, sic & Penitentia Sacramentum nobis relinquendum putavit, quo fidem nostram de remissione peccatorum stabiliret & confirmaret; atque eam ob rem Sacerdotibus insignem illam potestatem contulit, remittendorum scilicet peccatorum, hoc est, potestatem signo visibili indicandi & ostendendi, consenti ac penitenti peccata per Deum esse remissa &c. Quid*

281. Explicatur verba Absolutionis: ex Groppeo.

Explicatur verba Absolutionis: ex Groppeo.

163. Non possunt proferri nisi à Parocho.

164. In præsentia conjugum.

165. Respondet primò.

166. Respondet 2. etiam nonnullos DD. sic explicare illa verba: *Ego te absolvo*: id est, Declaro five ostendo te absolutum. Audia-



ni ergo illa verba *Ego te absolvo* &c. secundum Auctorem illius Enchiridii hunc sensum habeant: *Ego indico & ostendo tibi, peccata per Deum esse remissa?*

167.  
Explicatio  
confirmatur  
ex Sylvio.

Præterea Sylvius 3. part. q. 84. a 3. cum sexto loco sibi objecisset: Non est alienum à modo loquendi Scripturæ novi Testamenti, ut remitti dicatur, quod ostenditur vel significatur esse remissum, ut Luc. 7. *Remittuntur tibi peccata tua*, cum tamen jam ante remissa essent ad hæc verba: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. Ad hanc, inquam, objectionem respondet hic Auctor: Si uno loco verbum *Remittendi*, sic accipiatur; non tamen in aliis, ut Matth. 9. *Quamquam nec Luc. 7. necesse sit ita accipere*. Nam hic sermo: *Remittuntur tibi peccata*, vel est confirmatio remissionis, antea factæ, quasi diceretur: *Remissa sunt*: vel prioribus verbis: *Remittuntur ei peccata multa*, significatum est, quod jam nunc forent remittenda; posterioribus vero remittit. Hæc ille.

Ergo non debet censeretur alienum à modo loquendi, ut conjungi dicatur, quod ostenditur vel significatur esse conjunctum. Et si hæc verba: *Remittuntur tibi peccata*, possunt esse confirmatio remissionis, antea factæ, cur illa verba: *Ego vos conjungo* &c. non possunt esse confirmatio conjunctionis, antea factæ, quasi diceretur: *Conjuncti estis?*

168.  
Item ex jure  
Canonico c.  
2. de Iure-  
jur.

Denique, quod ly *Absolvimus*, in jure canonico aliquando idem significet, quod, absolutum esse ostendimus, probatur ex cap. *Per venit*. 2. de Jurejurando (quod desumptum est ex registro Greg.) ibi: *Quem tamen absolvimus, quia nefandissimam coactione juravit*. Ubi Gloss. verb. *Absolvimus*, sic ait: *Intellige de facto ad cautelam... vel ex pone, Absolvimus, id est, absolutum esse ostendimus, & sic concordat litteræ præcedenti, scilicet nullis vinculis posse constringi*. Cum igitur eadem sit horum verborum series: *Conjungimus vos*, sive *Ego vos conjungo*, similiter est de his judicandum.

Atque ut nullus SS. PP. inveniretur dixisse, hæc verba esse taliter intelligenda, & debere explicari per declaro, approbo, confirmo, quid tum? Fortè tempore SS. PP. non fuerunt in usu ista verba, sed alia, quibus solemniter sponsi benedicebantur à ministris Ecclesiæ. Vel si fuerunt in usu, nulla erat controversia; sed Omnes supponebant, sic debere intelligi, ut essent vera. Et mirum fanè, si illa verba fuerint in usu tempore Conc. Florent. tamquam essentialia, mirum, inquam, quod Florent. nullam eorum fecerit mentionem.

169.

An Florentinum fecerit mentionem verborum Sacerdotis in Matr.

Si dixeris: fecit mentionem, quando dixit: *Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, & personà ministri, conferentis Sacramentum, cum intentione faciendi, quod*

facit Ecclesia. Jam autem hæc sola verba proferuntur à ministro, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia.

Respondeo; verba conjugum, quibus exprimitur mutuum consensum, proferuntur cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia; saltem virtuali & implicita, id est cum intentione faciendi, quod alii fideles faciunt, quæ intentio hic sufficit; sicuti in Baptismo, qui in necessitate ministratur à laico, nihil minus cogitante, quàm de Sacramento; sufficit enim, quod velit facere illud, quod Sacerdotes Baptizantes communiter faciunt.

Nec obstat; quod non requirantur verba formalia ad exprimendum consensum mutuum, quia non constat Florent. requirere verba formalia in omnibus Sacramentis, imò potius contrarium; alioquin cur in Matrimonio ea non assignasset, sicuti in aliis omnibus Sacramentis assignavit? An propter incertitudinem? Certè propterea magis debuisse exprimeri, ea saltem, quæ certa erant; sicuti in Baptismo expressit etiam formam Græcorum, de qua poterat esse aliqua dubitatio, eò quod videri posset, non eorum valere formam ordinariæ Latinorum.

Si reponas, incertum erat, quis esset minister Matrimonii, & per cōsequēs, an verba formalia Sacerdotis forent necessaria. Respondeo; ego quando dixit, Sacramēta omnia perfici verbis tamquam formā, non potuit intelligere verba formalia; nam sic absolutè desinisset, etiam ad Matrimonium requiri verba formalia, quod tamen, ut fateris, adhuc est dubium.

Ex his patet responsio ad 6. Argumentum Sylvii supra. Subinde, inquit, reperitur istum: *Si conjecturam habeat Pastor alicujus impedimenti, Ordinarium consulat, antequam eos, de quibus dubitat, jungat Matrimonio*; ut in Synodo 1. Provinc. Camerac. c. 10. tit. de Matr. Aliquando dicitur, quod: *Si quis sine proclamationibus Matrimonialibus, carnis remissione, ab Ordinario obienta, Matrimonium aliquos jungere præsumat, graviter puniatur*; ut in Synodo 2. Provinc. Mech. tit. 10. c. 2. Quis dicit, in ejusmodi sermonibus hunc esse sensum: Antequam declaret junctos esse Matrimonio, eorumque conjunctionem approbet ac confirmet? Vel istum: Si quis declaret aliquos esse junctos Matrimonio &c. Hæc ille.

Respondeo; Parochum non tantum jungere Matrimonio per illa verba: *Ego vos conjungo*; sed etiam per nudam assentiam ab utroque ullis verbis. Sensus ergo est; Si conjecturam habeat Pastor alicujus impedimenti, Ordinarium consulat, antequam ad solemnizationem Matrimonii procedat, assistendo illi & declarando eos esse conjunctos, eisque benedicendo.

Unde in ultima Synodo Mech. A. o. 1607. tit. 10.

tit. 10. c. 1. sic scriptum habes: Parochus ante solemnizationem Matrimonii, tam sponsum, quam sponsam, expresse interroget, num libere & sine ulla coactione ad Matrimonium simul contrahendum advenierit: & si alterum eorum ad id coactum esse adverterit, ad solemnizationem Matrimonii non procedat. Et cap. 6. Meminerint Parochi, sibi non licere vagorum hominum Matrimonii interesse. Ergo quod dicitur c. 2. Si quis sine ius (proclamationibus) earumve remissione &c. jungere aliquos presumat, idem est, quod Matrimonio aliquorum interesse.

Et sane quis dubitet, etiam testes interesse Matrimonio? Quamquam illi non dicantur jungere, quia sicut antea dixi, non interfunct nomine Ecclesie & auctoritate ejus sicuti Parochus, & ideo Parochus potius dicitur minister in aliquibus Manualibus, ut supra adhuc notavi. Notandum autem, quod in Synodo illa novissima Mech. nusquam dicitur minister hujus Sacramenti.

Septimo argumentatur Sylvius: Quando Parochus dat litteras testimoniales de Matrimonio, quod ipse solemnizavit, non potest dicere: Ego ipsos, vel, Ego vos in Matrimonium conjungo, & tamen per ejusmodi litteras declarat, eos esse conjunctos, eorumque conjunctionem approbat & confirmat.

Respondeo; sed non per modum ceremonie sacre; porro ista verba: Ego vos conjungo, declarant conjunctionem prius factam, declarant, inquam, per modum ceremonie sacre; & ideo illas litteras sic debet concipere, juxta Ordinationem Pastoralis Rom. sub Paulo 5. Ego Joannem filium N. & Mariam filiam N. solemniter per verba de presenti Matrimonio conjungi; id est, Ego tamquam minister Ecclesie adfuiti eorum Matrimonio, & eos solemniter declaravi esse conjunctos, eorumque conjunctionem solemniter approbavi & confirmavi. Eumque esse sensum horum verborum, Omnes dicent, qui docent contrahentes esse ministros hujus Sacramenti, & verba Sacerdotis non esse de essentia Sacramenti.

Inter hos merito computari debet Doct. Angel. 4. dist. 28. q. 1. a. 3. in corpore. Respondeo dicendum, quod sicut in aliis Sacramentis quedam sunt de essentia Sacramenti, quibus omnibus non est Sacramentum, quedam autem ad solemnitatem Sacramenti pertinent, quibus omnis verum perficitur Sacramentum, quamvis peccet, qui omittit; ita etiam consensus, expressus per verba de presenti, inter personas legitimas ad contrahendum, Matrimonium facit, quia hec duo sunt de essentia Sacramenti; alia autem omnia sunt de solemnitate Sacramenti, quia ad hoc adhibentur, ut Matrimonium convenientius fiat, unde si omittantur verum Matrimonium est, quamvis peccet sic contrahentes, nisi per aliquam legitimam causam excusentur.

Et ibidem ad 2. sic ait: Dicendum, quod actus noster in Penitentia, quamvis sit de essentia Sacramenti, non est tamen sufficiens ad inducendum proximum effectum Sacramenti, scilicet Absolutionem a peccatis. & ideo oportet, quod ad perfectionem Sacramenti interveniat actus Sacerdotis. Sed in Matrimonio, actus nostri sunt causa sufficiens ad inducendum proximum effectum, qui est obligatio: quia quicumque est sui juris, potest se alteri obligare, & ideo Sacerdotis benedictio non requiritur in Matrimonio, quasi de essentia Sacramenti. Nescio quomodo aliquis clarius posset exprimere nostram & communem doctrinam.

Unde miror Sylvium in Supple. q. 42. a. 1. quæsto. 1. ausum fuisse D. Tho. pro sua allegare sententia, eod quod 4. dist. 1. q. 1. a. 3. ad 5. sic scribat: Ad 5. dicendum, quod Matrimonium, secundum quod est in officium, & Penitentia, secundum quod est virtus, non habent aliquam formam verborum, sed secundum quod utrumque est Sacramentum, in dispensatione ministrorum Ecclesie consistens, utrumque habet aliqua verba, sicut in Matrimonio sunt verba exprimentia consensum, & iterum benedictiones ab Ecclesia instituta. Nimirum, inquit Sylvius, quantum ad verba materialia, quibus effertur, cum secundum esse formale, & esse significativum, à Christo sint instituta.

Sed quæro ego, ubi Christus instituit illa verba secundum esse formale, & significativum? An forte Matth. 19. ubi dixit: Quod Deus conjunxit, homo non separet? Sed nunquid idem formale significativum horum verborum: Ego vos conjungo &c? Patet quod non; quia formale significativum priorum verborum est, non solum conjunctio, sed etiam indissolubilitas conjunctionis illius per potestatem humanam; at verò in posterioribus verbis nullum est, quod significet illam indissolubilitatem.

Deinde; unde constat Doctorem Angel. per Benedictiones, ibi intelligere solam pronuntiationem istorum verborum: Ego vos conjungo &c? Sanè illa verba nusquam in Rituali Romano vocantur, Benedictio; multò minus, Benedictiones; sed contrarium manifestè patet ex his, quæ subscribo ex d. Ritualit. de Sacram. Matr. Moneat Parochus conjuges, ut ante benedictionem Sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitarent, neque Matrimonium consummerent, nec etiam simul maneant. Et post pauca: Caveat etiam Parochus, ne quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in secundis benedicat. Rursus ait: Matrimonium in Ecclesia maxime celebrari decet; sed si domi celebratum fuerit, presente Parocho & testibus, sponsi veniant ad Ecclesiam benedictionem accepturi.

Quis non videt, per ly Benedictionem, non posse

175.  
Perperam  
allegatur à  
Sylvio, pro  
sua senten-  
tia.

176.  
An Christus  
instituerit  
illa verba:  
Ego vos  
&c.

177.  
An Doct.  
Angel. per ly  
Benedictio-  
nes, intelle-  
xerit à ver-  
ba.

Rit Roma-  
num.

posse ibi intelligi illa verba: *Ego vos conjungo &c?* Nam illa verba omnibus nuptiis applicari debent, & proferri debent à Parocho præsentate, tamen si domi celebretur Matrimonium. Quis ergo revelavit Sylvio, D. Tho. per *ly Benedictiones ab Ecclesia institutæ*, intellexisse sola ista verba Parochi: *Ego vos conjungo &c?*

178. Omitto alia loca S. Tho. quæ congerit Sylvius supra, in quibus dicit, solum Sacerdotem ex officio ministrare & dispensare Sacramenta; & his omnibus unum locum sole meridiano clariorem oppono, ex q. 42. Supple. a. 1. ad 1. ubi habet hæc formalia verba: *Ad primum ergo dicendum, quod verba, quibus consensus exprimitur Matrimonialis, sunt forma hujus Sacramenti, non autem benedictio Sacerdotis, quæ est quoddam Sacramentale.* Idem dicit 4. dist. 26. a. 1. ad 1.

Coniuck. Cum igitur (inquit Coniuck supra §. *Ad vigesimum primum*) in his locis, in quibus hæc difficultatem ex professo disputat, ita clarè suam sententiam exponat; nescio, an alicui viro prudenti possit videri veritatis amans, qui his neglectis, eam ex aliis quibusdam locis, in quibus obiter & obscure quædam huc spectantia tangit, conatur colligere, & contendit, clara potius esse interpretanda per obscura, quàm contrà; ac si veritatem, quam oculis clarè inspicis, coneris conjecturis ex variis auditis rumusculis elidere. Adde, ex jam dictis facilè esse, alia D. Tho. loca ita explicare, ut cum his nullo modo pugnent. Hæc ille.

179. Dicitur ergo solus Sacerdos ex officio ministrare & dispensare Sacramenta; quia ipse solus ex parte Ecclesiæ ad hoc est ordinatus, sive ut ministrat Sacramenta, ea conficiendo, sive ut dispenset, assistendo & dirigendo eos, qui ea ex ordinatione divina conficiunt. Neque enim ministratio seu administratio alicujus Sacramenti importat ejus confectioem, ut patet in Eucharistia, quam Sacerdos administrat populo, tamen si tunc eam non conficiat. Et veluti in Rituali Rom. præscribuntur varii ritus, quibus Sacerdos uti debet in administratione hujus Sacramenti; ita etiam præscribuntur varii ritus, quos observare debet Sacerdos, quando administrat Sacramentum Matrimonii, & illud solemnizat; quàmvis ipse non conficiat Sacramentum Matrimonii, sed soli contrahentes.

180. Ac proinde parvi, immo nullius momenti est argumentum, quod Sylvius supra defumit ex Rituali Rom. Novissimè, inquit, Rituale Rom. jussu Pauli 5. editum, sic in præfatione loquitur: *Ceterum illorum tantum Sacramentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, ritus in hoc opere præscribuntur; ejusmodi sunt, Baptismus, Pœnitentia, Eucha-*

*ristia, Extrema Unctio, Matrimonium.* Ergo ex Ritualis istius auctoritate dicendum est, Parochum esse ministrum, sicut Baptismi, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, sicut Baptismi, Pœnitentiæ, ita Matrimonii. Hæc ille.

Respondeo; sicuti alio modo est minister Baptismi, & alio modo minister Eucharistiæ, ita etiam alio modo est minister Baptismi, & alio modo minister Matrimonii; minister utique Baptismi, id ipsum conficiendo cum ritibus ibi præscriptis; minister autem Eucharistiæ, illam Distribuendo, & minister Matrimonii, ei assistendo juxta ritus ibi præscriptos. Nec enim (inquit Coniuck supra §. *Ad decimum septimum*) Auctores illius Ritualis, aut illo loco, aut ullà illius libri parte intendebant docere, quinam essent ministri Sacramenti Matrimonii; hoc enim ad finem, ab eis, aut à Pontifice intenteum erat omnino impertinens; sed eis solum erat propositum, instruere Pastores circa ritus in administratione seu dispensatione Sacramentorum observandos; qui planè eidem sunt, & eodem modo adhibendi, sive minister Sacramenti sit Parochus, sive contrahentes. Hæc ille. Hinc etiam, ut bene advertit Hérinx ibi disp. 2. q. 3. n. 26. Rituale Rom. cautè abstinere à nomine ministri in toto tit. de Mat. quod nomen tamen non tacet, dum in particulari agit de aliis Sacramentis.

Ceterum quod docet Doct. Angel. idem in hac controversia docuit Scotus 4. dist. 20. q. 1. n. 15. ibi: *De Ministro (Sacramenti Matrimonii) est aliud dubium, quia ut plurimum ipsimet contrahentes ministrant sibi ipsi hoc Sacramentum vel murdo, vel uterque sibi. Sed hoc requiritur necessario, si in omni contractu Sacramento, quia aliquando patres contrahunt pro filijs vel filiabus præsentibus, eis non exprimentibus signa propria. Si ergo ibi est Sacramentum, oportet dicere, quod minister hujus Sacramenti potest esse indifferenter, quicumque præfesse minister in contractu Matrimonii.* Ut Scotus non dubitat, an contrahentes, an verò Sacerdos sit minister Sacramenti; sed an parentes, qui contrahunt pro filiis, sint ministri, & per consequens, eorum verba forma Sacramenti; an verò tali casu non sit Sacramentum, sed solum contractus; ut patet ex posterioribus verbis. *Si ergo ibi est Sacramentum &c.*

Sed nunquid dubius hæsit in hac difficultate Mag. Sententiarum? Minime. Audiamus ipsum 4. dist. 24. §. *Premissa.* *Illam sententiæ, quæ dictum est, solum consensus facere conjugium, videtur obviare, quod Eugenius Papa ait: Aliter legitimum non est conjugium, nisi ab his, qui super feminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, uxor peratur, & à parentibus ponetur, & legibus docetur, & à Sacerdote*

178. *Locus clarissimus in quo D. Tho. tenet communem sententiam.*

Coniuck.

179. *Quomodo solus Sacerdos dicitur ex officio ministrare Sacramenta.*

180. *Arg. Sylvii desumptum ex Rit. Rom.*

mos est) benedicatur, & à paranymphis custodiatur, ac solemniter accipiatur. Item, ita legitima scitote esse connubia, aliter verò præsumpta, non conjugia, sed adulteria vel fornicationes sunt; nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima. Hoc autem non ita intelligendum est, tamquam sine enumeratis, non possit esse legitimum conjugium: sed quia sine illis non habet decorem & honestatem debitam. In huius enim Sacramenti celebratione, sicut in aliis, quedam sunt pertinentia ad substantiam Sacramenti, ut consensus de presenti, qui solus sufficit ad contrahendum Matrimonium: quedam verò pertinentia ad decorem & solemnitatem Sacramenti, ut parentum traditio, Sacerdotum benedictio & huiusmodi, sine quibus legitime fit conjugium, quantum ad virtutem, non quantum ad honestatem Sacramenti.

parentum & amicorum, benedictiones Presbyteri, & alias solemnitates, quæ solent adhiberi in Matrimonio.

Et ne dixeris; loquitur solum de contractu Matrimonii, & non de Sacramento; nam illicò atexit: Ex quibus patet sufficere consensum conjugum quoad essentiam Sacramenti secundum leges, ut Pontifex ait, id est, secundum legem naturæ & Divinam. Neque enim de legibus civilibus Nicolaus est intelligendus. Hucusque Hesselius. Qui in tota explicatione huius Sacramenti, non meminit Sacerdotis ut ministri, aut aliquorum verborum Sacerdotis, tamquam formæ essentialis.

Nec obstat; quod hæc scripta sint ante Concil. Trident. quia si ante Conc. Trident. Sacerdos non fuit minister huius Sacramenti, & benedictio Sacerdotis non fuit forma essentialis, neque post Trident. cum in Ecclesiæ potestate non sit, instituire novos ministros Sacramentorum, & novas formas essentielles; sic enim docet Conc. Trident. sess. 21. c. 2. in principio: Præterea declarat, hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salvâ illorum substantiâ, ea statueret, vel mutaret &c. Non maneret autem salva substantia, si Ecclesia institueret novos ministros, & novas formas.

Si inferas ex illis verbis Trident. cum Scribonio supra; ergo Matrimonia clandestina ante Trident. non erant vera Sacramenta; quippe quæ per Trident. nulla & irrita decernuntur. Negatur Conseq. quia Trident. per hoc, quod irritet illa Matrimonia, non mutat substantiam huius Sacramenti, ut alibi adhuc dictum est; sed tantum efficit, ut contractus, qui antea erat validus, & per consequens validum Sacramentum, modo sit invalidus, & per consequens nequeat esse verum Sacramentum, cuius utique materia, vel etiam tota essentia, est contractus validus. Non ergo per hoc Ecclesia mutavit substantiam Sacramenti magis, quam per alia impedimenta, jure Ecclesiastico dirimentia, quæ nec ipse Scribonius potest negare. Mutasset autem substantiam Sacramenti, si, relicto Matrimonio clandestino valido in ratione contractus, irritasset ipsum in ratione Sacramenti; nam Christus nihil aliud requirit ad validum Sacramentum, quam validum contractum. Porò valorem contractus reliquit dispositioni Ecclesiæ, sicut antea relictus erat dispositioni Reipub. civilis, cuius est præscribere formas essentielles contractuum. Vide alibi dicta. Istud ergo argumentum Scribonii nihil omnino valet.

Uti nec illud, quod ibidem subiungit: Longè ante Conc. Trid. Matrimonia clandestina semper fuerunt interdicta, hoc autem fieri non potuisset, si vera fuissent Sacramenta.

185. Occurritur objectioni.

186. Objectio de sumpta ex verbis Trident. solvitur. Scribonius.

187. Alia obiectio ex Scribonio.

Ref.

183. Perperam scripsit Bannez. de DD. hanc rem fidei dicitur res. quæ sit.

184. Cuius sit.

185. Cuius sit.



Diluitur.

Respondeo: longè ante Conc. Trident. erat prohibitum iure naturæ contrahere Matrimonium cum voto simplici castitatis; ergo Matrimonium sic contractum non erat verum Sacramentum; quid videtur tibi Scriboni, nonne egregiè sequitur? Si autem ius naturæ potest prohibere Matrimonium, quod, secundum Omnes, est Sacramentum; cur non etiam ius positivum Ecclesiæ? An ergo Matrimonium, quod contrahitur contra speciale interdictum Episcopi, non erit Sacramentum, quia peccatum est? Censetur quia omne Matrimonium, quod contrahitur cum impedimento tantum impediente, & non dirimente, non est Sacramentum, quia peccaminosum?

Et verò Matrimonium in vitis parentibus contractum, nonne longè ante Conc. Trident. fuit interdictum? Num idè non fuit verum Sacramentum? Sicuti ergo hoc Matrimonium, quamvis verum Sacramentum, tamen ab Evaristo Papa, 30. q. 5. cap. *Alter*. vocatur non conjugium, sed adulterium vel fornicatio; eadem ratione Matrimonium clandestinum in eodem cap. dicitur non conjugium, sed adulterium vel fornicatio, tamen sit verum Sacramentum.

188.

Tertia ob-  
jectio ex eod.

Hinc male ex illo cap. infert Scribonius supra: Ergo saltem non censetur esse Sacramenta (Matrimonia sine sacerdote contracta) quia si existimasset (Evaristus) fuisse Sacramenta, non vocasset adulteria, fornicationes, stupra; indignum enim fuisset, Sacramentum vocare adulterium. Hæc ille.

Solvitur ex  
Bellar.

Scio (prosequitur) quid ad hoc respondeat Card. Bellar. loqui Pontificem de Matrimonio legitimo in foro exteriori: Ecclesia enim, inquit, non iudicat Matrimonium legitimum, sed fornicationem in foro exteriori, nisi testibus probari possit. Ergo inferam ego contra eum, Ecclesia in foro exteriori non iudicat Matrimonium clandestinum esse Sacramentum, si iudicat esse fornicationem, quia fornicatio non est Sacramentum, nec Sacramentum iudicatur fornicatio ab Ecclesia. Hæc est illatio Scribonii.

Optimè equidem; nam procul dubio, si iudicatur in foro exteriori fornicatio, iudicatur in eodem foro invalidus contractus; quid ergo mirum si non iudicetur Sacramentum? Ergo etiam in foro interno non iudicatur Sacramentum, supposito, quod in foro interno iudicetur validus contractus, sicut revera iudicatur à Trid. Neg. Conseq.

189.

Confirmatur  
solutio.

Neque hoc magis indignum est, quam consecrationem sacrilegam, v. g. consecrationem corporis Christi, factam à sacerdote degradato, hæretico aut schismatico, vocare verum Sacramentum in foro interno, sicuti revera est; quamvis in foro externo Canones Ecclesiæ id negent, Sic enim lego cap. *Schis-*

ma, 24. q. 1. Non est Christi corpus, quod schismaticus conficit, si veritate duce dirigitur; quia videlicet schismatico est iudicium; præmiserat quippe Pelagius (qui est Auctor istius Canonis) Quia Spiritum non habent corporis Christi, Sacrificium habere non possunt, ad sui scilicet & aliorum, scienter cum ipsis communicantium, utilitatem.

Simili ergo modo dicere possumus: Matrimonium clandestinè contractum, aut contra rationabilem voluntatem parentum, non est verum Sacramentum, quia non sacra fere non sanctificat sponfos, sed potius coinquinat; quia sic contrahendo peccant mortaliter, ponendo obicem gratiæ sacramentali, etsi alioquin à parte rei sit Sacramentum; & nisi esset Sacramentum, sic contrahentes non peccarent mortaliter sacrilegio.

Interim puto, posse dari casum, in quo nullo modo sit peccatum clandestinè contrahere, ubi Trident. non est receptum; v. g. ad evitandam mortem, alioquin certò inferendam, vel ad evitandum stuprum; maxime, si omne illud voces clandestinum, quod contrahitur absque benedictione Sacerdotis; nam in primis, lex prohibens talia Matrimonia, tantum est Ecclesiastica, quæ non obligat in gravi necessitate. Et aliunde, inconvenientia, quæ nata sunt sequi, evitari possunt, ut supra notavi, si adsint testes fide digni.

Deinde; tamen si nulli adessent testes, quamvis tunc uterque conjux exponat se periculo adulterii, non tamen semper periculo proximo; immo aliquando nequidem remoto, v. g. si alter conjux est in extremo vitæ periculo, quod, naturaliter loquendo, non potest evadere. Quòd autem non semper periculo proximo; quia tales possunt esse pericula, de quibus hic & nunc non potest prudenter cogitari, quòd postea contrahent aliud Matrimonium. Ergo seclusà lege, positivè (quæ potuit merito ob huiusmodi periculum, quod per se loquendo subest, graviter prohibere huiusmodi Matrimonia) non foret talis casu Matrimonium clandestinum, graviter saltem, peccaminosum. Itaque Matrimonium clandestinum non est intrinsecè male; ut nec copula carnalis, per quam clandestinè contrahitur Matrimonium, de supra latius ostendimus; ut proinde ex hoc parte non sit ratio negandi, Matrimonium clandestinum esse verum & propriè dictum Sacramentum, conferens gratiam ex opere operato non ponentibus obicem.

Sed contra, Matrimonia clandestina ex modo contrahendi, adversantur huic Matrimonii: facile enim est, alteri conjugum alii commiseri, circa adulterii notam. Adversantur etiam indissolubilitati; cum enim Matrimonium clandestinum sit ignotum, facilimè homines convolant ad alias nuptias, abloque

abque eo, quod possint convinci. Adversantur quoque bono prolis, quam negare non est difficile, cum mulier probare Matrimonium nequeat. Quis igitur dicit, inquit Scribonius, Matrimonia clandestina esse Sacramenta, cum sint contra bona Sacramenti ordinata.

192. *Scribonius.* Respondeo: omnis, qui dicit, esse veros contractus. Nunquid magis ordinata sunt contra bona Sacramenti, quam contra bona contractus? Si ergo, non obstante illa ordinatione contraria, adhuc sunt & manent veri & validi contractus Matrimonii, ubi Trident. non obligat; quid ni etiam sint & manent vera Sacramenta? Deinde, mala illa per se non oriuntur ex Matrimonio clandestinis; sed magis proveniunt ex malitia hominum eis abutentium; quia tamen convenit malitiae hominum obviare, quantum possibile est, id eo jure merito illa Matrimonia Ecclesia semper prohibuit, & ut melius obviaretur, Trident. ea irritavit.

Sed nunquid ex his bene sequitur; ergo nihil differunt Matrimonia Christianorum à Matrimoniis Gentilium, aut saltem, Judæorum? Nam & in his erat etiam mutuus consensus, & verba de presenti, & vinculum indissolubile. Quamvis enim Moyles permisit illis, dare libellum repudii, ad duritiam cordis ipsorum; ab initio tamen non fuit sic: ergo Matrimonium Judæorum fuit Sacramentum æquè, ac Christianorum; & consequenter, hoc Sacramentum non fuit à Christo institutum, nec Sacramentum novæ legis. Ita argumentatur Scribonius sup. Sed pessimè, ut jam ostendo.

Admitto libenter, in veteribus conjugibus fuisse mutuum consensum, verba de presenti, & vinculum indissolubile; sed nunquid etiam fuit gratia sanctificans? Cum igitur (inquit Trident. sess. 24.) Matrimonium in lege Evangelica veteribus conjugibus per Christum gratia præset. Ergo non fuit in eis gratia sanctificans, & idèd non fuerunt verè & propriè Sacramenta, sicuti est Matrimonium in lege Evangelica, quod causat gratiam sanctificantem ex opere operato; & ratione illius causalitatis, seu virtutis causandi, dicitur Matrimonium in lege Evangelica à Christo Domino institutum; non autem ratione novæ materiæ aut formæ, vel novi ministri, quidquid Adversarii reclamant.

193. *Scribonius.* Si, inquit Scribonius supra, materia, forma, & minister Sacramenti Matrimonii, ex Trident. Conc. eadem sunt, quæ erant in Matrimoniis veterum, quæ Sacramenta non erant, quomodo illud esset Sacramentum, & ista non è cum materia, forma, & efficiens constituent rem totaliter in esse. Nam finis solum metaphoricè, & non physicè causat. Hæc ille.

Respondeo: materia, forma, & efficiens constituent rem totaliter in esse physico, concedo; in esse morali, nego. Quæro liquidè; Matrimo-

nium clandestinum ante Conc. Trid. habebat aliam causam efficientem, quàm de facto habebat? Et tamen tunc erat validum, saltem in ratione contractus, jam autem est invalidum; tunc erat verus contractus, jam autem non est verus contractus. Quare? Quia sic voluit Legislator; voluit, inquam, quod Matrimonium clandestinum ante Trid. obligaret, secus post Trident. porro verus contractus, est actio externa, pariens obligationem; quàmvis ergo post Trident. Matrimonium clandestinum sit eadem actio externa, quæ prius; quia tamen nunc non obligat, sicut prius obligabat, idèd nunc non est verus contractus, sicut prius erat.

Ergo consimiliter, tametsi Matrimonium in lege veteri fuerit eadem omninò actio physica, quæ modò est in lege nova; tamen tunc non erat Sacramentum verè & propriè, sicuti nunc est; quia Sacramentum verum & proprium non solum significat actionem aliquam externam, sed talem actionem externam, quæ ex opere operato causat gratiam sanctificantem; quia ergo illa eadem actio, id est, mutuus consensus, per verba de presenti expressus, non habebat tunc virtutem causandi ex opere operato gratiam sanctificantem, quam nunc habet, idèd tunc non erat Sacramentum verè & propriè, sicuti modò est.

Et à quo habet modò illa actio istam virtutem seu efficaciam? Certum est, quod à Christo, qui potuit velle (vel ostendat Adversarii impotentiam) ut eadem omninò actio quoad materiam, formam & ministrum, nunc causaret gratiam, quam antè non causabat, defectu voluntatis divinæ, quæ sola est causa physica gratiæ, & causalitatem moralem potest annectere huic vel isti actioni physice, vel jam institutæ, vel de novo instituentæ; quippe hæc causalitas nihil aliud est, quàm motio aliqua metaphoricè voluntatis divinæ, ad physicè causandam gratiam in anima, dignè suscipientis Sacramentum.

Hinc Conc. Trid. non dicit, Matrimonium à Christo institutum esse (etenim Christus invenit Matrimonium, à Deo institutum) sed ait, Matrimonium à Christo esse institutum Sacramentum, sess. 24. Can. 1. Si quis dixerit, Matrimonium non esse verè & propriè unum ex septem legis Evangelicæ Sacramentis, à Christo Domino institutum (scilicet in ratione Sacramenti) sed ab hominibus in Ecclesia inventum, neque gratiam conferre, anathema sit.

Et quomodò putas, instituit Matrimonium Sacramentum? Non alià certè ratione, quàm tribuendo illi contractui effectum sive virtutem causandi gratiam sanctificantem ex opere operato. Quare, esse institutum Sacramentum, & conferre gratiam, non enumerantur hic à Trident. tamquam duo distincta, quasi aliud sit Matrimonium esse Sacramentum, & aliud conferre gratiam; nam hoc ipso quod

194. *A quo Matrimonium habet vim causandi gratiam?*

195. *Quomodò Christus instituit Matrimonium Sacramentum.*

Trid.



quodd aliquid intelligitur Sacramentum, etiam intelligitur conferre gratiam, & vice versa, hoc ipso quodd dicitur, conferre gratiam, etiam dicitur esse institutum Sacramentum; sed ideo posuit illa Concilium separatim, ut significaret, quid sit, esse Sacramentum institutum.

196. *Christus potuisset Baptismum 10-annis instituire Sacramentum.*  
 & minister Sacramenti Matrimonii, nunc eadem sint, quae erant in Matrimonio veterum; equidem verum esse potest, quodd unum Matrimonium sit Sacramentum, & aliud non. An putas, Christum non potuisse Baptismum Joannis manente eadem materia, forma, & ministro, instituire Sacramentum in nova lege? Noli putare, si non vis errare. Siquidem omnia haec dependebant à mero beneplacito Christi. Et sanè ablutio, quam adhibebat Joannes, tam apta erat significare ablutioem à peccatis per gratiam sanctificationem, quam ablutio, quae modò adhibetur. Verba autem, si quae Joannes adhibuerit, quid nisi, sicut haec, quae modò adhibentur, potuissent significare ex voluntate Dei gratiam sanctificantem? Nam & haec naturaliter non significant, nisi externam ablutioem corporis; sacramentaliter autem, siue ex institutione Christi, gratiam internam purgativam peccatorum.

197. *Verba conjugum non habent minorem proportionem ad significandam gratiam, quam verba Sacerdotis.*  
 Ergo consimiliter in Sacramento Matrimonii, quamquam illa verba: *Ego accipio te in meam, vel, in meum*, naturaliter non significant, nisi mutuam obligationem matrimoniale; equidem, postquam contractus Matrimonii elevatus est ad dignitatem Sacramenti, significant ex institutione divina gratiam sanctificantem, quae indissolubilem illam obligationem seu unitatem confirmat. Nec video, quam majorem proportionem habeant haec verba: *Ego vos conjungo*, ad significandam gratiam sacramentalem, quam illa: *Ego te accipio in meam, vel, in meum*; nam & haec verba significant conjunctionem, ut clarum est.

Quodd autem pronuntientur à ministro non sacro, illa autem à ministro sacro, nihil refert; quia etiam verba Baptismi possunt pronuntiarì à ministro non sacro, validè semper, licet in necessitate; & tamen non ideo habent minorem proportionem & vim significandi gratiam sanctificantem, quam si pronuntiantur à ministro sacro.

198. *Occurritur variis objectionibus ex Herinx.*  
 Nec est absurdum, inquit Herinx hic disp. 2. q. 3. n. 26. quodd hoc Sacramentum, ob peculiarem rationem contractus, exigat duplicem partialem ministrum. Similiter absurdum non est, laicos, immodò etiam feminas, esse ministros hujus Sacramenti; sicut absurdum non est, ipsum contractum Matrimonii esse elevatum ad dignitatem Sacramenti. Pariter non est absurdum, hoc Sacramentum perfici validè sine alia ceremonia sacra: cum ipsemet contractus, quatenus à Christo elevatus, & debità intentione adhibitus, sit sacra ceremonia, ut à Baptismus. Haec ille.

Utiq; negans esse absurda, quae Alii affirmant, esse absurda; negans, inquam, hanc rationem; quia non est absurdum, ipsum contractum Matrimonii esse elevatum ad dignitatem Sacramenti; quae ratio videri potest alicui insufficientem, quia petitur principium, & supponitur, quodd est probandum; scilicet contractum Matrimonii, secundum omnia & sola essentialia, quae habuit à principio, esse elevatum ad dignitatem totalis Sacramenti, quodd Adversarii negant; propter utique illa, quae ipsi vocant absurda, & inde sequuntur. Dicere ergo Adversarii, contractum quidem Matrimonii esse elevatum ad dignitatem Sacramenti; sed tantum Sacramenti partialis, id est, ad dignitatem materiae sacramentalis, & hoc non esse absurdum.

Sed contra; etiam inde videtur sequi, hoc Sacramentum exigere duplicem, immodò simplicem partialem ministrum; nam qui ministrat materiam essentiali Sacramenti, videtur esse verus minister Sacramenti; sicut si Baptismus validè & licetè postet ministrari, uno Sacerdote ablutente, & altero profertente formam, v. g. *Baptizetis in nomine Patris* &c. qui ablueret, foret verus minister Baptismi, cum materia pertineat ad essentiali Sacramenti; quippe non magis Sacramentum potest existere sine materia, quam sine forma; licet haec dicatur pars principalior, quia magis determinata; & ita etiam minister formae, potest dici magis principalis: equidem qui ministrat materiam, cur etiam non possit vocari minister? Ergo, in sententia Adversariorum, habebimus tres partiales ministros Sacramenti Matrimonii, virum & foeminam, qui ministrant materiam, & Sacerdotem, qui ministrat formam, nisi velimus movere quaestionem de nomine. Si hoc non est absurdum, neque erit absurdum, quodd sit duplex partialis minister materiae & formae; sicut non est absurdum, quodd sit duplex partialis materia & forma. Sed non licet unus minister, inquit Scotus 4. dist. 2. q. 1. num. 15. *Potest dici, sicut prius, de una forma*, de qua vide dicta Conclusio procedenti.

Porro cur sit magis absurdum, laicos, immodò & foeminas, esse ministros totius Sacramenti Matrimonii, quam materiae sacramentalis? Nonne & ministri sunt totius Baptismi? Nunquid uspiam revelatum est, Sacerdotem esse ministrum omnium Sacramentorum? Dicit quidem Apostolus 1. Cor. 4. v. 1. *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi*, & dispensatores mysteriorum Dei: sed quid tum? Nam & Sacerdotes sunt dispensatores Matrimonii; quia ipsorum est admittere ad Matrimonium idoneos, & inidoneos rejicere, assistere contrahentibus, eisq; benedicere, & alias ceremonias, quas Ecclesia instituit, ut

stenderet contractum istum esse rem sacram, & non merè civilem, exhibere; quod sufficit ad veritatem istius Scripturæ.

Si autem à me quæritur, cur Christus potius instituerit Sacerdotes ministros aliorum Sacramentorum, quàm Sacramenti Matrimonii. Respondeo: quia alia Sacramenta ordinantur, vel ad spirituales uniuscujusque hominis in seipso perfectionem; vel ad spirituales gubernationem & multiplicationem Ecclesiæ, ut docet Conc. Florent. in Decreto Eug. ibi: *Horum (Sacramentorum novæ legis) quinque prima ad spirituales uniuscujusque hominis in seipso perfectionem, duo ultima ad totius Ecclesiæ regimen multiplicationemque ordinata sunt. Per Baptismum enim spiritualiter renascimur: per Confirmationem augetur in gratia & roboramur in fide; renati autem & roborati, nutrimur Divinæ Eucharistiæ alimonia. Quod si per peccatum egritudinem incurrimus animæ, per Penitentiam spiritualiter sanamur. Spiritualiter etiam & corporaliter (prout anima expedit) per Extremam Unctionem. Per Ordinem vero Ecclesiæ gubernatur & multiplicatur spiritualiter: per Matrimonium corporaliter augetur.*

Quid ergo miramur, si Deus, qui per laicos disposuerat corporaliter Ecclesiam suam augere, etiam ipsos instituerit ministros Matrimonii?

Absurdum est (inquit Estius 4. dist. 26. §. 10.) ab alicujus Sacramenti administratione generaliter excludi Episcopum aut Sacerdotem, atque ejus ministrum necessariò esse debere eum, qui non sit Ecclesiæ minister, sed homo laicus aut quasi laicus; immò mulier, quod est absurdus, cum Sacramenta Ecclesiæ vel necessariò, vel saltem convenienter & decenter debeant administrari per viros, eosque Ecclesiæ ministros. Hæc ille.

Sed in primis; Christus non excludit generaliter Episcopum aut Sacerdotem à ministerio hujus Sacramenti; nam jure divino non prohibetur eis Matrimonium, ut diffusè ostendimus Disp. 8. Tract. 5. Concl. 2. Ecclesiæ autem, sicut ex justissimis causis prohibuit eis Matrimonium contrahere, sic consequenter ex eisdem causis excludit eos à ministerio hujus Sacramenti.

Deindè, petitur hic principium; nam hoc est, quod quæritur; an omnia Sacramenta Ecclesiæ vel necessariò, vel saltem convenienter & decenter debeant administrari per viros, eosque Ecclesiæ ministros; illud ergo probatum oportuit, non suppositum. Ex quo autem hoc probatur? Sanè, ut convenienter & decenter administraretur hoc Sacramentum, quod institutum est ad solam multiplicationem corporalem Ecclesiæ, videtur abundè sufficere, ut minister Ecclesiæ debeat assistere contrahentibus, eosque dirigere, ac suâ benedictione Matrimonium confirmare.

Si inferas; ergo hoc Sacramentum non habet certum ministrum, neque certam formam, quod est contra Conc. Florent. ut putat Scribonius supra q. 6. ubi valdè urget hoc argumentum.

Respondeo, & quæro: Conc. Florent. requirit formam magis certam quàm materiam? Hæc omnia (inquit) Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, & personâ ministri &c. In quibus nulla major requiritur certitudo formæ aut ministri, quàm materiæ. Et verò materia Sacramenti Matrimonii certa est? Dicimus (inquit Scribonius supra) cum Cano lib. 8. de Locis Theol. c. 5. & aliis DD. signa externa, consensum internum experimentia, esse materiam. Hæc ille.

Sed nunquid, quæro ego, hæc signa externa sunt certa? Audite Scribonium: In Matrimonio clandestinum contracto sæpè nulla fiunt verba, sed nutus impudici, sed tactus, sed oscula, sed turpia & obscœna commercia affectu maritali, quæ tamen cum Bellarminus velit habere vim Sacramenti in responsione ad 2. objectionem Cani, nonne videtur vobis aperte docere contra decisionem Conc. Florent. determinatam formam requirentis? Ita interrogat hic Auctor.

Interrogabo Scribonium & ego unum sermonem; signa externa, consensum internum experimentia, necessariò sunt verba? An etiam possunt esse nutus, dum contrahitur Matrimonium in facie Ecclesiæ? Audite rursum Scribonium: Tertio probatur, materiam Sacramenti Matrimonii esse verba seu signa consensum conjugum experimentia. Ergo secundùm ipsum sufficiunt alia signa præter verba; ergo sufficiunt nutus. Infero ego, ergo materia non est certa, nam idè forma nostra secundùm ipsum non est certa, quia in Matrimonio clandestino sæpè nulla fiunt verba, sed nutus impudici &c.

Breviter; quod apud ipsum est materia Sacramenti, apud nos est forma Sacramenti: ergo si nostra forma non est certa, nec ipsius materia erit certa; ostendat autem hic Auctor, & magnus erit Apollo, Conc. Flor. exigere majorem certitudinem formæ, quàm materiæ.

Quantùm ad incertitudinem ministri, factemur in nostra sententia esse duplicem ministrum, sicuti est duplex forma, & sicuti in sententia Scribonii est duplex materia; quia duplex signum externum, unum viri, alterum femine; sicuti ergo hæc diversitas partialis signi, non impedit certitudinem materiæ, requisitam à Conc. Florent. sic neque diversitas partialis ministri repugnat certitudini ministri, requisitæ à Conc. Florent. vel ostendant Adversarii Florent. requirere majorem certitudinem ministri, quàm materiæ.

Miror autem summopere, Adversarios

204. An Flor requirit majorem certitudinem ministri, & formam quàm materiam Sacramentorum.

Scribonius.

205. Arguitur contra Scribonium.

206. Diversitas partialis ministri non repugnat certitudini ministri.

207.



Non valet hic argumentum ab aliis Sacramentis.

ausos sumere argumentum ex aliis Sacramentis; nam certum est, in aliis Sacramentis (exceptâ Pœnitentiâ) unum & eundem ministrum, qui profert formam, etiam applicare materiam; cum tamen etiam indubitatum sit in eorum sententia, Sacerdotem, qui est minister Sacramenti Matrimonii, solam formam proferre; contrahentes verò exhibere materiam.

Et sanè quod aliud Sacramentum, præter Eucharistiam, consistit in re permanente? Num inde rectè inferitur, ergo etiam Eucharistia non consistit in re permanente? Nonne plures simul & successivè possunt ministrare Sacramentum Extremæ Unctionis eidem infirmo, in eadem infirmitate? Cui alteri Sacramento id competit? Et Eucharistiam nunquid Sacerdos sibi ipsi ministrat? Ergo etiam sibi ipsi potest ministrare Sacramentum Pœnitentiæ, Negatur Conseq. Ergo tamen nemo possit seipsum baptizare, confirmare, absolvere &c. non rectè inde inferitur; ergo nemo potest sibi ipsi conferre Sacramentum Matrimonii. Item non valet: Sacerdos est minister ordinarius Baptismi, Confirmationis &c. ergo etiam Matrimonii, & sic in aliis: nã singula Sacramenta habent aliquid particulare, quo à ceteris distinguantur.

208.

Non est speciale Matrimonii, quod habeat duplicem materiam &c.

Sed neque particulare est Sacramento Matrimonii, quod habeat duplicem materiam, duplicem formam, & duplicem ministrum partialem; nam idem reperitur in Sacramento Extremæ Unctionis, in quo sunt quinque unctiones diversarum partium corporis, & quinque formæ correspondentes, & singulæ unctiones possunt à diversis ministris fieri, & conferunt distinctas gratias sacramentales, ut suo loco uberius ostendimus, Et nunquid rectè inde inferret Scribonius: Ergo Extrema Unctio non habet certam materiam, aut certam formam, aut certum ministrum, prout exigit Con. Florentinum?

Videte acumen intellectus Scribonii, quem, tanquam defensores sententiæ Melchioris Cani, adducit Sylvius supra in 2. 2. q. 100. a. 2. dicens: Quòd autem senserint (veteres PP.) Sacerdotem esse ministrum, ex iis, quæ citata quæst. 42. Suppl. attulimus, atque etiam ex his, quæ allegat P. Joannes Marius (Scribonius) Minorita in libro Parisiensi edito a. 1620. ubi sententiam Melchioris Cani latè contra Bellarminum defendit, existimamus posse deduci. Hæc ille.

Sylvius.

209.

An veteres PP. faverent sententia Cani.

Prorsus latè defendit, sed an bene defendat, relinquo iudicio Lectoris ex illis, quæ hæcenus dicta sunt, & adhuc dicentur. Itaque ad veteres PP. quos Cano, & ex ipso Scribonius allegat pro sententia Cani, unico verbo respondet Vasquez hic disp. 3. c. 7. n. 84. nihil omninò favere illi sententiæ; nam, inquit, si denotare vellent Matrimonii

Vasquez.

illa (intelligit clandestina, de quibus loquuntur isti Patres) non fuisse Sacramenta, non idè id dicerent, quia non adfuit Sacerdos, proferens verba, instituta à Christo pro forma, cum tamen aliàs legitima essent, sicut contendit Canus, neque enim id levissimè insinuant; sed quia omninò irrita & nulla, utpote ab Ecclesiâ prohibita, esse censerent: & omnium eorum testimoniâ èd spectare solum videntur. Hæc ille.

Ubi etiam insinuat, Conc. Trident. non definiisse, toto antea tempore simpliciter legitima & rata fuisse, sed cum illo additamento: *Quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit.* Quando verò ea irritatio cœperit, & quantum duraverit, non definiisse. Hoc satis certò constat ex Trident. aliquo tempore illa Matrimonia in Ecclesiâ valida fuisse, alioquin non fuisset opus novâ irritatione, propter gravia peccata, id est, perpetua adulteria, quæ ex clandestinis conjugis ortum habent.

Sed expendamus singula testimonia. Primum est Evaristi Papæ, quod superius citavimus ex Mag. Sent. ad quod ibidem ipse respondet: Matrimonia aliter facta, quam ibi præscribitur ab illo Pontifice, esse quidem legitima conjugia, tamen non habere decorem & honestatem debitam. Si locus (inquit Coninck supra) ex Evaristo citatus, (ut mittam eum apertè loqui de benedictione solemnî, quæ fit cum precibus & oblationibus) faceret ad rem, sequeretur benedictionem Sacerdotis esse de essentia, non tam ipsius Sacramenti (cujus ibidem nulla fit specialis mentio) quam ipsius contractus Matrimonii, adèd ut aliter contractum omninò esset invalidum. Immo sequeretur, hoc esse invalidum, si contraheretur non petità venia parentum aut tutorum, aut sine dotè &c. que salvâ fide dici nequeunt: dicitur ergo ibidem, aliter contractum non esse Matrimonium, sed adulterium, quoad forum externum, in quo aliàs non probatur legitimum. Hæc ille.

Quòd autem apertè loquatur de benedictione solemnî, quæ fit cum precibus & oblationibus, ac proinde non de illis verbis *Ego te conjungo* &c. patet ex his verbis Evaristi: *Et suo tempore sacerdos aliter (ut mos est) cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur &c.*

De eadem benedictione intelligitur illud Hormisdæ Papæ (& referitur 30. q. 5. c. 2.) *Nullus fidelis, cujuscumque conditionis sit, occultè nuptias faciat: sed benedictione acceptâ à Sacerdote, publicè nubar in Domino.*

Item cap. 13. Conc. Carthag. 4. (è referatur ead. c. 5.) *Sponsus & sponsa cum benedicti sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel à Patrinymphis offerantur, qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permanent.*

Sed dicit aliquis: hæc jura loquuntur de benedictione, quæ omnibus Christianorum conjugis debet adhiberi; ergo non possunt intelligi de benedictione solemnī, quæ non potest adhiberi secundis nuptiis; arg. c. 1. de secundis nuptiis: *Capellanus (quem benedictionem cum 2. constituit celebrasse) ab officio benedictionis suspensum, &c.* Et cap. 3. eod. *Vir autem vel mulier ad bigamiam transiens, non debet à Presbytero benedici.* Ergo necessariò debent intelligi de benedictione minùs solemnī, scilicet de illis verbis: *Ego vos conjungo &c.*

Præterea; si Conc. Carthaginense existimasset, illam benedictionem solum esse ceremoniam, & non ipsum Sacramentum, non erat causa, cur tantæ reverentiæ habendæ, novos conjuges admoneret; nam æqualem, vel majorem benedictionem, Christiani quilibet, singulis diebus accipiunt in fine Sacrificii, tum à Sacerdotibus, tum ab Episcopis; neque tamen propterea monentur abstinere ab usu conjugii.

Respondet Coninck supra, Primò; Concilium loquitur de benedictione, ad quam sponsi à paranympis deducuntur, quod propriè solemnī convenit. Secundò; hæc sola à Jure & Canonibus dicitur benedictio nuptiarum. Tertio; Concilium aperte indicat se loqui de benedictione, quæ non omnibus nuptiis adhibetur; ait enim: *Sponsi cum benedicti sunt &c.* Frustra autem adderet: *Cum, si omnes omnindò essent benedicendi.* Quòd autem sponsi jubeantur pro reverentia benedictionis, conjugii usu eà nocte abstinere, non est mirum, cum eo tempore vulgò pro scelere habitum fuerit, uti conjugio eo die, quo cryptas Martyrum visitassent, ut ex multis historiis patet. Hæc ille.

Quòd autem sola solemnī benedictio, dicatur à jure benedictio nuptiarum, probat idem Auctor ex Conc. Trident. sess. 24. c. 1. de Reform. Matr. ubi cum dixisset, Parochum, post datum ac acceptum à sponsis utrimque consensum in Matrimonium, debere dicere: *Ego vos in Matrimonium conjungo &c.* subjungit, sponfos hortandos, ne ante benedictionem Sacerdotis, in templo acceptam, simul cohabitent. Et infra suspendit Sacerdotem, qui alterius Parochiæ sponfos, sine illorum Parochi licentia, conjungere, aut benedicere ausus fuerit, aperte ostendens, hæc distingui. Nec credo ullum in jure locum reperiri posse, ubi illa verba Sacerdotis; *Ego vos conjungo*, aut similia, vocentur, *Nuptiarum benedictio*, aut, *solemnizatio*. Imò jus sæpè aperte insinuat contrarium, dum non solum, uti jam ostendi, illa distinguit; sed expressè vetat, ne secundæ benedicantur, aut contractæ tempore Adventus aut Quadragesimæ solemnizentur, cum tamen etiam his jubeat, à Parocho assistente,

adjungi ista verba: *Ego vos conjungo &c.* Quod malè sine exceptione faceret, si crederet, illorum verborum pronuntiationem posse dici nuptiarum benedictionem aut solemnizationem. Hucusque Coninck.

Deinde argumentor sic: vel jura suprà citata intelligunt per benedictionem Sacerdotis tantum illa verba: *Ego vos conjungo &c.* vel etiam intelligunt benedictionem solemnem; si primum, ergo tunc nulla erat obligatio suscipiendi solemnem benedictionem à Sacerdote, quod est incredibile. Non etiam secundum rectè dicitur; quia benedictio solemnī non potest adhiberi secundis nuptiis, & tamen loquuntur de illa benedictione (secundum te) quæ omnibus Matrimoniis adhiberi debet. Omitto, quod nullum jus antiquum mentionem faciat istorum verborum aut similium: *Ego vos conjungo &c.* quod signum esse potest, jure antiquo illa verba non fuisse necessaria, sed neque usitata.

Accedat Rituale Rom. quod per benedictionem nupiam intelligit ista verba; sed benedictionem solemnem. *Moneat Parochus conjuges, ut ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam &c.* Caveat etiam Parochus, ne quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in secundis benedicat &c. *Matrimonium .... si domi celebratum fuerit præsentè Parocho & testibus, sponsi veniant ad Ecclesiam benedictionem accipiuri &c.* Postremò meminerint Parochi, à Dominica 1. Adventus usque ad diem Epiphaniæ, & à feria 4. Cinerum usque ad octavam Paschæ inclusivè solemnitates nuptiarum prohibitas esse, ut nuptias benedicere &c. Putas autem, quòd jura antiqua nupiam meminerint hujusmodi benedictionis, sed tantum benedictionis privatæ sive illorum verborum: *Ego vos conjungo &c.*? Non est credibile; sed potius oppositum credendum est, scilicet meminisse benedictionis solemnī, quæ simpliciter dicitur benedictio; non autem benedictionis privatæ, ut sic loquar, sive istorum verborum: *Ego vos conjungo &c.* quæ fortè tunc non fuit in usu.

Si autem à me quaeritur; quomodo ergo intelligenda verba Hormisdæ Papæ, quæ videntur generaliter requirere benedictionem Sacerdotis in omnibus nuptiis? Respondeo: fortè tunc temporis nondum fuisse prohibitam benedictionem in secundis nuptiis; nam jura, quæ citantur, longo post tempore emanarunt, sunt enim Alexandri 3. & Urbani 3. quorum primus scilicet Alex. 3. sedit a. 1161. secundus autem scilicet Urb. 3. a. 1186. Porrò Hormisda rexit Ecclesiam a. 516.

Deinde intelligi possunt verba Hormisdæ, quomodo intelligi debent verba Concilii Trident. suprà: *Præterea eadem S. Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem Sacer-*

215. Probatio:

216. Rituale Rom. per benedictionem intelligit solemnem.

217. Quomodo intelligenda verba Hormisdæ.

dotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent. Ubi generaliter seu indefinite loquitur de omnibus conjugibus, & indubie per benedictionem intelligit solemnem, cum tamen constet, non omnibus conjugibus talem benedictionem posse impendi; ut proinde intelligi debeat Concilium, nisi aliquid obstat, propter quod nuptiæ non sint solemniter benedicendæ; sive quando sunt tales conjuges, qui ex constitutione Ecclesiæ debent solemniter benedici.

218. An Tertullianus sit a parte Adversariorum.

Ceterum allegant etiam pro sua sententia Adversarii Tertull. lib. 2. ad Uxorem in fine, Ambros. Epist. 70. & Innoc. Epist. 9. ad Probum.

Referam singulorum verba, ut Lector videat, quantum ea probent intentum. Sic ait Tertull. Unde sufficiam ad enarrandam felicitatem ejus Matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio &c. Ergo solum illud Matrimonium est Sacramentum, quod contrahitur præsentate Sacerdote, & loquente hujusmodi verba: Ego vos conjungo &c. qualis Consequentiæ? An forte negarent Adversarii, istud Matrimonium esse Sacramentum, quod contraheretur absque oblatione? Et tamen etiam ipsius meminit ibi Tertullianus. Nunquid Adversarii admitterent, Matrimonium sine consensu parentum non esse Sacramentum? Et tamen ibidem subjungit Tertull. Et obsignatum angeli renuntiant, pater ratum habet. Nam nec in terris filiis sine consensu patrum ritè & jure nubent.

219. An D. Ambrosius.

Quantum ad S. Ambrosium Epist. 70. aliàs lib. 3. Epist. Epi. 24. hæc sunt ejus verba: Nam cum ipsum conjugium velamine Sacerdotali, & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest conjugium dici, ubi non est fidei concordia? Ergo, interunt Adversarii, hæc verba Sacerdotis: Ego vos conjungo &c. sunt forma hujus Sacramenti. Quasi verò benedictio nuptiarum, unà cum velamine Sacerdotali, sive cum impositione veli, quo sponsæ caput olim obnubebatur, aut, ut jam in quibusdam locis fit, impositione extremitatum stolæ super sponso, foret pronuntiatio istorum verborum: Ego vos conjungo &c. Et nulla alia foret benedictio, quâ conjugium posset dici sanctificari.

Rituale Rom.

Audite Rituale Romanum: His expletis (id est, postquam Sacerdos, intellecto mutuo consensu de præsentate, iussit eos invicem jungere dexterâs, dicens: Ego conjungo vos &c.) si benedicendæ sint nuptiæ, Parochus Missam pro sponso & sponsâ, ut in Missali Rom. celebret, servatis omnibus, quæ ibi præscribuntur. Ibi autem præscribuntur diversæ benedictiones, quibus Matrimonium posset dici sanctificari eo modo, quo sanctificatur per velamen Sacerdotale, quod olim non solebat imponi sponso, nisi Matrimonio jam contracto per verba de præsentate.

Paret ex Nicolao ad Confutata Bulgarorum c. 3. (& refertur 30. q. 5. c. 3.) Nuptiæ (in. Olim quæ Pontifex tam mares, quam femine, non ligaturam auream vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptiâs fœdera contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarum promissa: fœdera quoque consensu eorum, qui hæc celebrant, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur: & postquam a verbis sponsam sibi sponsus per dignum fidei annulo insignitum dependit, dotemque urrigne placitam sponsus ei cum scripto, pactum hoc continentem, coram civitatis ab utraque parte tradiderit (aut mox ante apto tempore, ne videlicet ante tempus legitimum tale quid fieri presumatur) ambo ad nuptiâs fœdera (id est carnalia commercia) perducuntur: & primum quidem in Ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per Sacerdotis manum, statuantur; sicque munus benedictionem & velamen celestis suscipiunt.

Quis non videt, Pontificem ibi locutum de benedictione solemnî, quæ solum est ceremonialis? Alioquin dicamus, etiam velamen celestis esse materiam Sacramenti. Si enim benedictio est forma Sacramenti, quia per eam, secundum Ambrosium, conjugium sanctificatur, quid ni velamen Sacerdotale sit materia, cum & per ipsum sanctificatur conjugium secundum Ambr. supra? Ergo per sanctificationem ibi non intelligitur collatio gratiæ sanctificantis ex opere operato, sed inferior aliqua sanctitas, qualis accedere solet aliis rebus, quæ ab Ecclesia solemniter benedicuntur. Porro, quod bene notandum est, loquitur Ambr. de Matrimonio fidelis cum infideli, ut patet ex ultimis verbis: Ut non est Fidei concordia. Illa autem Matrimonia jure Ecclesiastico irrita sunt, adeoque nec solemniter, nec privatim à Sacerdote benedicuntur.

Venio ad Innocentium, qui loco citato scribit: Quæ de re, Domine fili merito illustrati statuimus, fide Catholica suffragante, illud est conjugium, quod primitus erat gratiâ divina fundatum: conventumque secundæ mulieris prioris superstitie, nec divortio ejecta, nullo pacto posse esse legitimum. Quæ verba, quomodo probent intentum Adversariorum, non video. An forte, quia primum Matrimonium erat gratiâ divinâ fundatum, idè, secundum Innocentium, illa verba: Ego vos conjungo &c. illam gratiam contulerunt, & per consequens sunt forma Sacramenti? Quis adeò incertus & rudis, ut sic audeat argumentari?

Innocentio succedat Alex. 3. qui, ut volunt Adversarii, docet, benedictionem nuptiarum esse Sacramentum, cap. Cum in Ecclesia, 19. de Simonia, ubi sic ait: Horribile

nimis est, quod in quibusdam Ecclesiis locum venalitas perhibetur habere: ita ut pro Episcopis vel Abbatibus, seu quibuscumque personis Ecclesiasticis, ponendis in sedem, seu introducendis Presbyteris in Ecclesiam, nec non & pro sepulchris, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium seu alii Sacramentis aliquid requiratur. Et infra: Ne igitur hæc de cætero fiant, vel pro personis Ecclesiasticis deducendis in sedem, vel Sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis seu benedicendis nubentibus, seu alii Sacramentis conferendis seu collatis, aliquid exigatur, districtius prohibemus. Ubi semel & iterum (inquiunt Adversarii) benedictionem nuptiarum vocat Sacramentum.

Si dicas: nomen Sacramenti, latè sumi; idque indè patere, quod sepulturæ & exequiæ mortuorum ibidem comprehendantur sub Sacramentis: Respondetur, non ita esse. Cum enim dicitur. *Seu alii Sacramentis*, relatio non fit, nisi ad benedictiones nubentium, de quibus proxime præcedit. Ita Sylvius in Suppl. q. 42. a. 1. quæstio 1. ac si Conflarius Pontificis fuisset.

Vis autem scire Sylvi, de quibus benedictionibus nubentium loquatur Pontifex? Audi Gloss. verb. *Benedictionibus nubentium*, ubi sic ait: *Sic inf. eod. Suam, pro benedictionibus nubentium aliquid accipi prohibetur, quia per eas gratia confertur, licet pro Matrimonio aliquid dare vel accipere non est peccatum, 1. q. 1. Quidquid, & 32. q. 2. Honorantur; quia licet sit Sacramentum, per ipsum tamen gratia non confertur, 27. q. 1. Nuptiarum. 32. q. 2. Connubia. Unde est argumentum, quod non idem juris est in accessorio, quod in principali.* Hæc Gloss.

Porro cap. *Suam*, quod 1. loco citat: sequentis est tenoris: *Suam nobis Parochiani de Villa Franca querimoniam desinarunt, quod Capellanus eorum pro exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, minus licite pecuniam ab eis exigit & extorquet. Et infra: Discretionem vestre mandamus, quatenus dictum Capellanum, ut à tanta præsumptione desistat, & etiam pro excessu satisfaciatur, competentium moneatis &c.* Ita Innoc. 3. Ubi Gloss. verb. *Benedictionibus nubentium. Quæ*, inquit, *Sacramenta sunt, unde non reterantur, supra de Secundis Nuptiis c. 1. & 3. Sic sup. eod. Cum in Ecclesiis. Ubi de hoc.*

Vides Sylvi, per benedictiones nubentium, non intelligi in illis iuribus verba ista: *Ego vos conjungo*, quæ reterantur in secundis nuptiis? Prohibetur autem pro his aliquid accipi, non quod sint vera Sacramenta, collati va gratiæ ex opere operato, ut perperam ibi docet Gloss. sed quia Matrimonium Sacramentum est, & gratiam confert ex opere operato, ut contra Gloss. supra definitur à Conc. Trident. sess. 24. can. 1. ac

cessorium autem sequitur suum principale; quia ergo propter Matrimonium, quæ Sacramentum est, nihil accipi potest, hinc etiam propter benedictiones nubentium, quatenus sunt quædam Sacramentalia, consequenter annexa Matrimonio, nihil accipi potest, absque peccato simoniæ. Non enim simonia prohibet venditionem dumtaxat Sacramentorum, sed etiam quarumcumque rerum spiritualium, seu sacrarum functionum; illas autem benedictiones nubentium esse sacras functiones, quis audeat dubitare? Et verò certum est, sepulturas & exequias mortuorum non esse vera Sacramenta, quæ tamen ibidem enumerantur tamquam res sacræ, pro quibus illicitum sit aliquid exigere.

Et hinc merito Mart. 5. in fine Conc. Constantensis, jubet suspectos de hæresi interrogari, an credant quod Christianus, contemnens susceptionem Sacramentorum Confirmationis, vel Extremæ Unctionis, vel solemnizationis Matrimonii, peccet mortaliter; quia videlicet, qui contemnunt solemnizationem Matrimonii, quæ ab Ecclesia adhibetur, ut significet Matrimonium esse verum Sacramentum, etiam videtur contemnere ipsum Sacramentum Matrimonii. Ergo neque hic Pontifex favet Adversariis.

Videamus, si saltem faveat Guilielmus Parisiensis; nam & illum adducunt Adversarii pro patrono suæ sententiæ. Idem, inquit Sylvius supra, olim significavit Guilielmus Parisiensis in tract. de Matr. cum dixit, necessarium esse, nubentibus impendi Sacerdotalem benedictionem. Nam quod Nonnulli respondent, eum non loqui de benedictione, his verbis contenta: *Ego vos conjungo*; sed de alia, quæ tempore Sacrificii adhibetur, non satisfacit: hæc enim posterior non adhibetur omnibus conjugis; Guil. autem dicit, quod sine Sacerdotali benedictione nunquam celebrandum est Matrimonium.

Dicit præterea; quod Matrimonium est sacrum apud fideles, seu sacrandi & sanctificandi vim habet virtute benedictionis; ergo sentit omnia Matrimonia, quæ sunt Sacramenta novæ legis, habere benedictionem; illa quippe omnia & sola habent vim sacrandi. Hæc ille.

Subscribo ego verba Guil. quæ habet tum c. 6. tum c. 9. de hac controversia. c. 6. circa medium sic ait: *Habet Matrimonium non parum sanctitatis ex benedictione, vel oratione Sacerdotali, sine qua nunquam celebrandum est Matrimonium, quam, quicumque contempserint aut declinaverint, nisi metu iusto, aut aliâ causâ necessariâ (ergo ex causâ necessaria omitti potest hæc benedictio, prout fit in secundis nuptiis) non sunt conjuges habendi (scilicet in foro exteriori) sed fornicarii, nec filii eorum legitimi essent censendi. Si enim nec cibis*

226.  
Mart. 5. non  
favet Ad-  
versariis.

227.  
An faveat  
Guilielmus  
Parisiensis.

228.  
Verba Guil.  
liel. Parisiensis  
quibus nullatenus  
faveat.

224.  
De quibus  
benedictionibus  
nubentium loquitur  
hic Pontifex.

cap. de Si-

225.  
Quæ nihil  
potest accipi  
pro benedi-  
ctionibus nubentium.

Tendent.



sumendus est absque oratione & benedictione Sacerdotali, ubi Sacerdotis est copia: nec aliquod opus, etiam leve aut modicum, quod operis nomine dixerit sit, aggrediendum vel faciendum absque benedictione & divina invocatione, sicut dicit Apost. in 3. Colloss. Omnia quaecumque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi facite, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.

Colloss. 3.

Amplius: quia gratia sanctificationis per Matrimonium querenda, & execrationes carnalium contaminationum exterminande, ipsaque conjunctio maris & feminae sanctificanda est, contra carnis illecebras, & antiqui serpentis insidias: gratia verò sanctificationis, & puritas spiritualis, nec Deo acceptabilius queri, nec efficacius aut facilius obtineri à Patre misericordiarum, quam gratiosissimis Ecclesiae precibus; non solum saluberrimum, sed etiam decens necessarium (ergo non absolute necessarium) nubentibus impendi Sacerdotalem benedictionem, & orationes Ecclesiae fieri super eos, quibus eis Matrimonialis sanctitas impetretur. Quis non videt Guil. hic non loqui de illis verbis: Ego vos conjungo &c. quæ nunquam possunt omiti, si sint vera & essentialis forma hujus Sacramenti?

229. Alia verba ejusdem Auct. in quibus videtur magis favore.

Magis favore videtur Adversariis, quod idem Auctor scribit c. 9. ubi querit i. quæ sit virtus Sacramentalis Matrimonii, scilicet quam gratiam præter, quod remedium contra peccatum, & hoc Sacramentaliter. Manifestum enim, inquit, est, quod ipsa contrarietate, quam habet ad prostitutionem fornicariam, & abominationem sodomiticam, adjuvat conjuges contra illos; nec minus manifestum est intelligentibus, ipso sui merito apud Deum, contra carnalium iniquationum execrationem, apud largissimum retributorem omnium bonorum Deum, remedium obtinere conjugibus &c. Neuter autem eorum modorum Sacramentalis est; quod enim facit Matrimonium virtute sua essentiali, hoc est, contrarietate, aut quod facit merito suo, non facit virtute Sacramentali, seu virtute benedictionis & orationis, quæ consuevit fieri super nubentes. Ac post pauca: Utrum autem Sacramentum veri nominis, & Sacramentalis virtutis sit, si præter nuptialem benedictionem & orationem, quam habere potest contrahatur. Verum certum est, quod & sacrum signum est, & sacrans sive sanctificans virtute essentiali seu contrarietatis, ut diximus. Et forsitan merito, dummodo nuptialis benedictio non contemnatur, sed virtutem Sacramentalem omnino non habet, nec veri nominis est Sacramentum, nisi sicut diximus. Unde & Matrimonium apud fideles, & apud infideles æquivocè dicitur; apud infideles enim non est, nisi sicut diximus: apud fideles autem & illo modo, & insuper sacrans benedictionis virtute. Hæc ille.

230.

Propter quæ existimat Valquez supra cap.

4. in principio, negari non posse, Guil. Paris. fuisse in ea sententia, id est, in sententia Adversariorum. Sed hoc negat Coninck supra, qui sic eum explicat: Nec veri nominis est Sacramentum, nisi sicut diximus, id est, quando non contemnitur benedictio. Ubi expressè docet, Matrimonium ex virtute sive ratione sua essentiali, quæ contrariatur fornicationi & similibus viciis voluptatibus, esse signum sacrum, & sacrans sive sanctificans, in quibus apertè consistit essentia Sacramenti. Addit verò: Dummodo nuptialis benedictio &c. quia cum hanc contemnentibus ponant obicem gratiæ, Matrimonium non est in iis signum actu sanctificans; & consequenter non exercet in iis Sacramentalem virtutem, & ob hanc causam negat in iis esse veri nominis Sacramentum, quia ratione obicis non exercet in iis virtutem Sacramentali, atque ita videtur eâ carere. Ita Coninck.

Sed meo iudicio (salvo meliori) non videtur hic esse sensus illius Auctoris, ut patet ex verbis, supra ex ipso allegatis; nam expressè distinguit virtutem essentialem, secundum quam dicitur signum sacrum, sacrans sive sanctificans, & virtutem meritoriam, & virtute sacramentali, quam tribuit soli benedictioni Matrimonii fidelium: ergo censet, solum Matrimonium fidelium, quod benedicitur à Sacerdote, esse Sacramentum propriè dictum. Quod autem non loquatur de benedictione solemni, quæ fit intrâ Sacrificium Missæ, indè videtur fieri manifestum; quia sic secundæ nuptiæ, secundum illum Auctorem, non essent verum Sacramentum; cum illæ nuptiæ non benedicantur tempore Sacrificii Missæ. Ergo ille Auctor videtur favere isti sententiæ; nisi velis illum errasse, docendo, secundas nuptias non esse verum Sacramentum.

Etiã favore videtur Joannes Groppetus in Enchiridio Christianæ institut nominis Conc. Colonienfis edito, ubi cap. 12. de hoc Sacramento sic ait: Verbum itaque hujus Sacramenti, quo accedente ad elementum fit Sacramentum, id nimirum est, quo ambo mas & femina (cum pietatis respectu, quæ in Deum sibi mutuo fidem conjugalem dant accipiunt) non quovis modo, sed in Dei nomine conjunguntur ac copulantur. Interim nihil refert, quæ lingua, an latinâ, an vernaculâ, an qualibet aliâ & quibus dictionibus hoc verbum exprimat, modo id clarè & exercè significetur, nempe præsententes marem & feminam in se mutuo consentientes, seseque in conjuges accipientes in Dei nomine, seu in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti copulari. Est autem tale verbum, Christi verbis, uti validissimâ ac firmissimâ basi subnixum, cum inquit; Quos Deus conjunxit, homo non separet. Quibus sanè verbis Sacramentum Matrimonii novæ legis firmissimè stabilitur,

biliter, & Christianorum conjugia ab omnium aliarum gentium connubiis separantur.

233. Respondet Bellar. lib. 1. de Matr. c. 6. Grop-  
perum ibi non dissentire à Cæteris, in hujus  
Sacramenti forma constituenda, & ideò so-  
lùm allegasse verba Domini: *Quod Deus con-  
junctis* &c. ut probaret, Matrimonium Chri-  
stianorum non esse contractum merè civilem  
& humanum, & verba conjugum referenda  
esse ad illam divinam & sacram conjunctio-  
nem, de qua dictum est, *Quod Deus conjunctis*  
&c.

Si quidem verbis jam recitatis illicò sub-  
jungitur: *Verbum profectò admirabile, quod ne-  
mo potuisset effari præter Verbum, quod Caro fa-  
ctum est. Quo in primis ostenditur, quod quicum-  
que pietatis respectu legitimo conjugio copulan-  
tur, eos non temerè, neque humanis tantum cere-  
moniis, sed ipso Deo invisibiliter assistente & in-  
sensibiliter cooperante conjungi; atque etiam  
Deum non solum interesse, sed & præse suo  
(hoc est pietatis respectu contracto) conjugio. De-  
inde, eodem Christi verbo principalis res seu vis  
Christiani Matrimonii declaratur, quæ est in-  
dissolubilis firmitas fœderis seu vinculi conjuga-  
lis, insigni Dei gratiâ redimita. Nam si Deus  
conjuges sic necit ac copulat, ut nulli hominum  
potestas sit eos separandi, omninò consequens est,  
ut eisdem à se conjunctis conjugibus, eti-  
am eam gratiam impertiat, quæ sibi hoc mu-  
tuo atque inviolabili fœdere per ipsum & castum  
amorem perpetuò cobærere, sequè mutuo ad eum  
modum, quo Christus Ecclesiam, pro suo modulo  
complecti ac diligere possint, ab omni immundi-  
tia alieni.*

234. Ergo solùm vult Gropperus hîc dicere, per  
illa verba Christi significari effectum gratiæ  
sanctificantis, quam Christus Matrimonio in  
nova lege annexuit; non autem, quòd illa ver-  
ba sint forma hujus Sacramenti, & Deus sive  
Christus Minister, ut perperam docuit Catheri-  
nus in Opuſculo de Matr. q. 1. Et quàmvis  
Enchiridium istud pro forma assignaret illa  
verba; non tamen eo sensu, quo Catherinus,  
qui putat (inquit Vasquez sup. c. 3. n. 32.) se-  
mel dicta à Christo, & relicta in Scriptura, sin-  
gulis Matrimonii pro forma deservire; at ve-  
rò Theologi Colonien. censent ea verba sin-  
gulis Matrimonii esse formam, quatenus à  
Sacerdote repetita proferuntur. Sic ille.

Sed hoc ego puto non esse verum, saltem id  
non colligitur ex verbis jam relatis; immò no-  
stram sententiam clarè & expresse in iis tra-  
di, docet Coninck suprà. Clarè (inquit) & ex-  
presse dicitur, verba, quibus conjuges sibi mu-  
tuo dant & accipiunt fidem conjugalem, esse  
verbum, quo accedente ad elementum, fit Sa-  
cramentum, sive esse formam, ex qua simul  
cum materia componitur Sacramentum.

235. Sed contra videtur facere; quòd c. 18. pro  
elemento Enchiridium assignet verba conju-

gum, sic enim incipit illud cap. *Elementum*  
hujus Sacramenti est illa exterior viri ac mu-  
lieris conjunctio, seu ille exterior gestus & actus,  
quo conjuges in nomine Domini copulantur, ac  
inter copulandum profitentur, se post hac duos in  
una carne futuros, sibi què mutuo conjugalem fi-  
dem perpetuò servaturos, cui cum sexuum com-  
mixtio accesserit, tum demum perfectum hujus  
Sacramenti elementum efficiatur, quo expressis  
ejus finis, virtus & efficacia designantur.

236. Præterea cap. 22. docet, Matrimonia clan-  
destina non fuisse Sacramenta, ibi: *Certè ut sint*  
*Matrimonia, Sacramenti tamen vel nomen, vel*  
*sanctitatem sibi vendicare non possunt, nisi pio*  
*accedente consensu, in Ecclesia Dei firmentur.*  
*Nam quis id Matrimonium Sacramentum ve-*  
*ritè dixerit, cujus non sit auctor vel conjuctor*  
*Deus? Et infra: Nam conjunctio, quam Sacer-*  
*dos facit, significat Matrimonium nectente Deo*  
*(cujus legatione Sacerdos fungitur) copulari;*  
*quamobrem etiam Sacerdos, Christi verbis in-*  
*ter copulandum utitur, nempe iis: Quos Deus*  
*conjunctis, homo non separet. Benedictio verò*  
*significat, vitam conjugatam, à Deo benedictam*  
*esse. Denique oblatio signat, hujusmodi vitam*  
*hostiam boni odoris esse coram Domino. Ubi ex-*  
*pressè distinguit inter benedictionem, copu-*  
*lationem & oblationem; & benedictionem*  
*ponit in verbis Christi, Quos Deus conjunctis*  
*&c. quibus Sacerdos tunc temporis verifimi-*  
*liter utebatur loco eorum, quibus jam utitur*  
*inter copulandum: Ego vos conjungo &c.*

237. Denique cap. 26. agens de Ministro hujus  
Sacramenti, sic incipit dicere: *De Ministro*  
hujus Sacramenti postremò videndum est *Ut for-*  
*san Quidam non improbandà ratione dicant,*  
*Matrimonium certum ministrum non exigere,*  
*quòd conjuges, in sese casto amore & religiose*  
*consentientes, Deus ipse conjungat; tamen vide-*  
*mus & in veteri lege quosdam fuisse, qui Dei vice*  
*conjuges conjungerent; quare ergo magis putan-*  
*dum est, in nova lege Sacerdotes (qui legatione pro*  
*Deo funguntur) legitimos hujus Sacramenti Mi-*  
*nistros esse. In lege siquidem veteri pater, aut de-*  
*functò patre, proximus puellæ agnatus, seu tutor,*  
*Dei loco conjuges jungebat. Sic Tob. 7. legis: Et*  
*apprehendens Raguel dexteram filiæ suæ, dex-*  
*teræ Tobie tradidit, dicens: Deus Abraham,*  
*& Deus Isaac, & Deus Jacob vobiscum sit, &*  
*ipse conjungat vos, impleatq; benedictionem*  
*sua in vobis: Ad eundem modum ab Aposto-*  
*lorum temporibus, Matrimonii Sacramentum in*  
*facie Ecclesiæ celebratum est, ministris Sacerdoti-*  
*bus Christi, Raguelis, atque alia Scripturæ ver-*  
*ba, & pias admodum benedictiones, super con-*  
*juges pronuntiantibus. Hactenus Enchiridium.*

238. Sed ex his verbis potius videtur colligi, Sa-  
cerdotem non esse ministrum Sacramenti; sed  
tantum ministrum solemnitatis, sive solem-  
nis benedictionis; cum enim inter Tobiam &  
Saram non fuerit nisi contractus civilis, hujus

Qq nul

nulli alii potuerunt esse proprii ministri, sive causæ efficientes, quàm contrahentes. Sicut ergo Raguel tunc temporis solum erat minister improprie, sive minister solemnitatis, dans publicam auctoritatem isti contractui, ac solemniter benedicens sponso; ita etiam modò Sacerdos, quem Enchiridium comparat Ragueli, solum est minister improprie, sive minister solemnitatis hujus Sacramenti, quatenus nimirum dat ei auctoritatem, ac sponso solemniter benedicit.

*Mens Enchiridii est dubia, uti etiam Guil. Parisiensis.*

Ergo manet dubia mens Enchiridii sive Gropperi, qui creditur fuisse Auctor; uti etiam Guil. Parisiensis, ut patet ex dictis; adeoque propter eorum auctoritatem non est recedendum à communi sententia. Et quàmvis esset mens ipsorum certa pro sententia Adversariorum, hi pauci sunt, & nullo modo cum communi schola Theologorum conferrandi. Nam quod attinet ad Paludanum, quem etiam pro se citat Canus, nullatenus ille Auctor favet ipsius sententiæ.

239. *Paludanus non favet sententia Cani,*

Audi Palud. in 4. dist. 5. q. 2. *Non videtur, quòd peccator contrahens Matrimonium peccet: cum tamen essentia Matrimonii consistat in mutuo consensu, per verba unius alteri expresso; hic enim consensus Sacramentum ministrat, non autem Sacerdos benedicens, qui solum sacramentale quoddam adhibet.* Quomodò clariùs posset docere nostram & communem sententiam? Dicit autem, eum non peccare, non idè quia non ministrat Sacramentum; sed quia putat, ministrum, haud specialiter ordinatum ad ministerium Sacramenti, non peccare mortaliter, illud ministrando in malo statu, quæ etiam est Aliorum sententia; quàmvis contraria nobis magis placeat propter rationes suo loco discussas.

240. *Canus quem tamen ipse pro se citat.*

Canus suprà sic ait: Non solum, quos diximus, nostræ sententiæ assentiuntur, sed Petrus Paludanus 4. sent. dist. 5. q. 2. imprudens in eam quoque descendit: nam cum vir & femina civiliter contrahunt, etiam si peccatores sint, nec poenitentiam agant, non credit eos esse reos sacrilegii. Id quod nullo modo probabile esset, si hujusmodi Matrimonium esset verum Ecclesiæ Sacramentum. Omnes quippe sine controversia sacrilegi sunt, qui post peccatum mortale, sine Poenitentia, Christi Sacramenta percipiunt. Hæc ille.

Planè sacrilegi sunt, qui contrahunt Matrimonium in statu peccati mortalis, neque hoc negat Paludanus; sed negat, eos esse sacrilegos ex hoc præcisè, quòd in tali statu ministrant Sacramentum, quod probabile Multi judicant; sicuti idem judicant de laico, qui in necessitate ministrat in malo statu Sacramentum Baptismi. An autem contrahentes Matrimonium in malo statu, sacrilegi sint, eò quòd recipiant Sacramentum in malo statu, ibi non disputat Paludanus; & idè non im-

prudenter descendit in sententiam Cani, sed prudentissimè adhæsit communi sententiæ, ut statim vidimus.

Interim miror, Canum velle probare suam sententiam ex eo, quòd fideles non existimant, se esse sacrilegos, tamen si non sint in gratia, quo tempore sic prophane contrahunt; quomodo enim hoc ei indicavit? An forte aliquis, qui sic contraxerat? Procurator nò credit Sed credo ego, quòd aliqui parùm curent istud sacrilegium, dummodò tantùm possint assequi finem suum, qui sæpè non est alius, quàm concupiscentia carnalis, aut divitiarum, quas sperant tali viâ obtinere.

Et certè quis, unquam Concionatorum dixit suis auditoribus, non omnia Matrimonia fidelium esse Sacramenta? Cùm ergo sciant ex Catechismo, Matrimonium esse verum Sacramentum, & sciant aut scire debeant, esse sacrilegium mortale, suscipere Sacramentum in malo statu, omnes existimant, aut existimare debent, sacrilegos se esse, si in malo statu contrahant Matrimonium, etiam prophane, id est, sine præsentia Sacerdotis, aut ejus benedictione.

Et hinc, quàmvis nonnulli ad Matrimonium suscipiendum accedant, etiam in facie Ecclesiæ, multis peccatorum fordibus inquinati; tamen etiam multi contra veniunt, qui nullà ratione audent Matrimonium contrahere, nisi peccatorum Confessione ante præmissâ. Deindè, si tam multi sunt, qui sacra vasa diripiunt, qui templa polluant, qui illa sacrilegia aperte committunt, etiam si sacrilegia esse non dubitent; quid mirum, si hoc sacrilegium nonnulli facile perpetrent, sine sacrilegium esse sciant, sive etiam fortasse nesciant? Ita Bellarm. suprà.

Respondet Scribonius suprà: Etiam si omnes Confessiones peccatorum fecissent, quæ dicitur possibile est, semper tamen sunt sacrilegi, contra leges Ecclesiasticas Sacramentum contrahunt: semper igitur erit sacrilegium, & perpetuum sacrilegium erit Sacramentum, quòd mirum est. Nec valet similitudo adducta de iis, qui sacra vasa diripiunt, qui templa polluant; non enim Sacramenta conficiunt, sed vult istos conficere, qui clandestinè contrahunt, & ridiculum esset dicere, illos dum sacra vasa diripiunt, aut templa polluant, Sacramenta conficere, sicut dicit istos, qui clandestinè contrahunt. Ita ferè Scribonius.

Sed contra: illa similitudo tantùm adducitur à Bellar. ut ostendatur, nonnullos homines parùm curare sacrilegia; adeoque ex eo, quòd contrahant clandestinè, non rectè inferri; ergo existimant Matrimonium clandestinum non esse sacrilegium, ac proindè non esse Sacramentum. Præterea; eodem modo argumentari possum & dicere: etiam si quis omnes Confessiones peccatorum fecisset, quæ dicitur

dici possibile est, semper tamen est sacrilegus, qui celebrat Sacramenta contra leges divinas; semper igitur erit sacrilegium, contrahere Matrimonium cum voto simplici castitatis, & tamen perpetuum istud sacrilegium, secundum Omnes, erit Sacramentum, ut supra adhuc dixi; ergo ex eo, quod Matrimonium clandestinum sit perpetuum sacrilegium, perperam infertur non esse Sacramentum, ut supra latius ostendimus.

Sed dicit aliquis iuxta D. August. Epist. 23. ad Bonif. Si Sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum Sacramenta sunt, non haberent, omnino Sacramenta non essent. Sed Matrimonium contractum sine Sacerdote, proferente illa verba: *Ego vos conjungo*, non habet similitudinem illius rei, cuius est Sacramentum; ergo &c.

Respondet, habere optimam similitudinem; nam per illa verba: *Accipio te in meum, vel, meam*, aut aliud signum externum æquivalens, significatur, quod ab initio naturæ significatum fuit, scilicet conjunctio Christi cum Ecclesia; & insuper, post elevationem Matrimonii ad dignitatem Sacramenti, conjunctio Christi cum anima uniuscujusque per gratiam & charitatem, quæ conjunctio est res hujus Sacramenti, significat, inquam, ex institutione Christi, non minus, quam hæc verba: *Ego te baptizo* &c. significant internam gratiam remissivam seu ablutivam peccatorum. Quæ enim disparitas? Quæ namque major proportio horum verborum, ad significandam gratiam, quam illorum?

An forte, quia additur in forma Baptismi: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*? Sed etiam addantur in forma Matrimonii & dicitur: *Ego te accipio in meum, vel, in meam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Putas, quia tunc habebunt majorem proportionem ad significandam gratiam internam, præter nexum indissolubilem, quam si illa invocatio SS. Trinitatis non adderetur? Quid si ergo Sacerdos solum diceret: *Ego vos conjungo in Matrimonium*, & omitteret invocationem SS. Trinitatis, existeretis, quia non valeret Sacramentum Matrimonii, eod quod forma illa non haberet similitudinem ejus rei, quæ Sacramentum significat? Non est sapientis, hoc existimare.

Et verò sola forma debet habere similitudinem? Cur potius, quam materia Sacramenti? Nonne & ipsa ablutio Baptismatis habet similitudinem? Cum ergo, secundum Adversarios, illa verba: *Ego te accipio* &c. sint materia Sacramenti, & ut talis, habeant similitudinem ejus rei, cuius sunt Sacramentum, seu materia, cur non eandem habebunt similitudinem, prout, secundum nos, sunt forma Sacramenti Matrimonii?

Illam quæ exterius aguntur in Sacramentis, inquit Palud. 4. dist. 26. q. 4. a. 3. ad 3. inquan-

tum ad Sacramentum pertinent, sunt signa non naturalia, sed instituta; secundum se autem nihil prohibet, ea esse res naturales; sicut aqua, & ablutio aquæ, est naturalis; sed quod ipsa sit signum ablutionis à peccato, actu non habet à natura, sed tantum aptitudine, à Deo autem actu. Quod autem sit causa illius ablutionis, totaliter habet à Deo. Et similiter consensus, & verba, secundum se sunt à natura & jure naturali, sed secundum quod sunt Sacramenta à Deo. Nam conjunctio maris & femine non habet à natura, quod actu significet conjunctionem Christi & Ecclesiæ. Alias quicumque sciret istam, sciret illam; sicut videns fumum, cognoscit ignem: cuius contrarium apparet in Judæis & Paganis, in quibus sunt Matrimonia, & non Fides.

Immo Adam in hoc non cognovit Mysterium Christi & Ecclesiæ, nisi spiritu prophetico; & multò minus ex natura sua habet, quod fiat causa gratiæ; unde nec ante legem novam hoc habuerunt, quamvis haberent rationem signi. A Divina igitur institutione habent ea, quæ in Matrimonio geruntur, quod sint Sacramentum, & id, unde formaliter sunt Sacramentum; sed id, quod sunt materialiter, habent à natura, sicut aqua, oleum & chrisma; quia assumere aliquid in materiam Sacramenti, non tollit ejus naturam, sed dat ei novam efficaciam. Hæc ille.

Et consimiliter, assumere aliquid in formam Sacramenti, non tollit ejus naturam; sed dat ei novam efficaciam. Ergo ut Christus assumeret formam contractus Matrimonii, scilicet illa verba: *Ego te accipio in meum, vel, in meam*, in formam Sacramenti Matrimonii, non debuit tollere ejus naturam; sed tantum dare ei novam efficaciam.

Cæterum cur potius Baptismus & Matrimonium possint ministrari à laico, quam Pœnitentia, optimè explicat Paludanus supra ad primum, dicens: Necessitas non facit Sacramentum ministrari à non Sacerdote; quia baptizatus, in mortali moriens attritus, plus indiget Pœnitentiâ, quam catechumenus sanus Baptismo; quia nec in periculo mortis, et si moreretur, salvaretur Baptismo flaminis. Ille autem, nisi vi Clavium attritio fiat sibi contritio, damnabitur.

Et si dicitur, hoc accidit, quia potest contriti si vult, non valet: quia ponatur, quod postquam est confessus attritus, non contritus, laico, perdit usum rationis, tunc non potest contriti, nec potest ei subveniri, nisi per Absolutionem; quia nec potest communicare, quia nec valet os aperire; vel non habetur Eucharistia; vel non potest inungi, quia deest Sacerdos: Tunc igitur ita est ei necessaria Absolutio, sicut parvulo Baptismus, & tamen non potest absolvi à non Sacerdote; hoc ergo non est solum propter necessitatem.

Q q 2

Con-

246.

Adam non cognovit Mysterium Christi & Ecclesiæ nisi spiritu prophetico, ex Palud.

247.

Cur potius Baptismus & Matrimonium possint ministrari à laico, quam Pœnitentia, quæm Pœnitentia;

Confirmatur: plus debet favori necessitati communitatis, quàm necessitati unius personæ: sed Ordo, qui est necessarius communitati in nulla necessitate potest conferri, nisi ab ordinato, putà si non esset in mundo aliquis Episcopus, nec aliquis Sacerdos, non posset fieri Episcopus & Sacerdos à non Episcopo; ergo causa illius non est necessitas.

248.  
Illud Sacramentum, cuius efficacia non dependet ex potestate ministri, potest conferri à laico.

Dicendum est ergo; quòd illud Sacramentum, cuius tota efficacia est ex materia & forma, non ex potestate ministri, illud potest conferri ab alio, quàm à ministris Ecclesiæ, in necessitate, & extra necessitatem, licet non debeat, nisi in necessitate: sicut est de effectu Eucharistiæ in dignè suscipi: quia tota virtus caufandi gratiam est in eo, quod suscipitur: & licet non debeat ministrari, nisi à Sacerdote, exceptà necessitate; nisi tamen sit peccatum impediens à parte suscipientis, tantum sibi valet susceptum à laico, quem credit suum Curatum, quantum à verè Curato: ita est de Baptismo, cuius tota virtus est in materia & forma, non in ministro; undè etiam extra necessitatem potest, sed non debet ministrari, nisi à Presbytero.

249.  
Matrimonium est tale sacramentum,

Matrimonium autem est huiusmodi; quia ejus virtus non est in ministro Ecclesiæ: & idèd non propter hoc, quod non est necessarium, cum sit necessarium communitati, sicut Baptismus personæ singulari; sed quia virtus ejus non est in ministro Ecclesiæ, potest essentia ejus haberi sine ministro; sed fortè non debet, nisi in facie Ecclesiæ, & per Sacerdotem celebrari, si possit haberi. Si autem potest sine peccato sine Sacerdote contrahi, & non alia Sacramenta, loquendo de potestate juris, hoc est, quia fundatur in jure naturali. Cetera verò quinque Sacramenta, quoad essentialiam perfectionem requirunt virtutem ministri; unde in nullo casu possunt sine illo celebrari, etiam Extrema Unctio, quæ non debet dari nisi existenti in articulo necessitatis extremæ. Hactenus Palud.

250.  
Quare virtus unius Sacramenti, potius sit in ministro, quàm alterius.

Quare autem virtus unius Sacramenti potius, quàm alterius, sit in ministro, & non in sola materia & forma; ratio à priori, est voluntas Christi, de qua nobis constat in quinque illis Sacramentis, secus in istis duobus. Et eadem est ratio à priori, quare potius Matrimonium possit ministrari à muto, & celebrari inter absentes per procuratores aut Epistolam, quàm alia Sacramenta, v. g. Pœnitentiæ, Ordinationis &c.

Bellar.

Sacramentum Pœnitentiæ (inquit Bellar. sup. c. 8.) habet formam judicii, in judicio autem ex tribunali sententia pronuntianda est; neque unquam est auditum, ut Judex mutus constitueretur. Præterea, debet Sacerdos confidentem audire, examinare, signa pœnitentiæ in ipso cernere, propositum non peccandi, & pro præteritis satisfaciendi, in

ipso agnoscere, que omnia requirunt præsentiam utriusque, & ut Sacerdos audire & loqui possit.

Pari ratione Episcopus Ordines collaturus, debet præsentem habere ordinandum, ut eis manus imponat, & instrumenta sacra tangenda offerat; debet etiam verbis formam pronuntiare, ut certa potestas, quæ per Ordinationem confertur, exprimat.

Denique (si nihil haberemus aliud) Ecclesiæ usus satis ostendit neque Absolutionem, neque Ordinationem vel à muto, vel ab absente conferri posse. At verò Matrimonium formam habet contractus; contractus autem ex natura sua, & ex consuetudine id habet, ut etiam inter mutos & absentes celebrari possit. Hæc ille.

Qui ibidem respondet ad alia argumenta Cani, quæ puto, ex hæctenus dictis sufficienter esse soluta; quia pleraque fundantur in paritate rationis inter hoc Sacramentum, & alia Sacramenta, quæ tamen reverà non est, cum hoc Sacramentum speciale habeat, quod sit contractus naturalis, cuius ministri sunt ipsi contrahentes, & qui denominationem suam desumunt tum à materia, tum à forma, ut patet in venditione, mutuo & similibus. Quid ergo mirum, si etiam hoc Sacramentum denominetur Matrimonium, tam à materia, id est, corporibus contrahentium, quam à forma, id est, consensu exteriori expresso per verba de præfenti? Undè Matrimonium desinitur, consensus reciprocos maris & femine &c. ut patet ex alibi dictis.

Et verò Sacramentum Pœnitentiæ necesse appellatur Sacramentum Absolutionis à forma five ab illis verbis: *Ego te Absolvo*. Et quid vetat illa verba: *Ego te Absolvo*, vocari Sacramentum Pœnitentiæ seu Absolutionis? Nihil omnino. Ergo similiter nihil obstat, quominus illa verba: *Ego te accipio in meum*, & *Ego te accipio in meam*, appellari possint Sacramentum Matrimonii; quippe ut substat institutioni divinæ, sunt signum exteriorum efficacæ gratiæ ex opere operato, & idèd merito signum sacrum appellari possunt, quantum à fidelibus usurpantur juxta institutionem Christi.

Dico; *A fidelibus*, id est, baptizatis; quia hi soli sunt capaces Sacramenti Matrimonii, cum Baptismus sit janua Sacramentorum, ut nullam, quod consistit in usu, validè suscipiatur, juxta communem sententiam, & quæ alibi egimus, à non baptizatis. Videtur tamen de hac doctrina dubitare Adrianus in 4. q. 1. de Matr. §. *Ad rationes in oppositum*. verè. Ad primam confirmationem dubitatur. Quidam, an apud infideles sit Sacramentum Matrimonii; quia pari ratione videretur, apud infideles, sine Baptismatis Sacramento prævio, Sacramentum Ordinis reperiri, cum

C. 3. de Presbyt. non bapt.

tamen decernatur in cap. *Veniens*, de Presbyt. non baptif. oportere infidelem, qui scilicet baptizatus non est, ordinatum, ut baptizetur, & iterum ordinetur.

Rationes dubitandi ex Adriano. C. 8. de Divort.

Nihilominus quia in cap. *Gaudemus*, in parte decisiva dicitur: *Quod Sacramentum conjugii apud fideles & infideles existit, quemadmodum Apostolus ostendit: Si quis frater habet infidelem uxorem &c.* & in cap. *Veniens*, dicitur, illud non esse generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus Sacramentis, *Quod Baptismus sit fundamentum illorum, quia & Sacramentum conjugii, & Eucharistia à non baptizatis recipi potest &c.* Dico duo, quòd absque dubio Matrimonium, ut dicitur Sacramentum, quia sacra rei signum, reperitur apud infideles; sed an Matrimonium, ut est Sacramentum novæ legis, signum scilicet & causa gratiæ, reperitur apud illos, dubium reputo. Pro illo facit quòd in cap. *Veniens*, dicitur, *Casus dubitabilis*, de Sacramento Ordinis ante Baptismum. Et supposito quòd sit, dico, quòd eis non confert gratiam propter indispositionem; sicut nec Sacramentum Eucharistiæ eis gratiam conferret, & tamen verum Sacramentum ab eis sumeretur: sed an fidelibus non baptizatis conferret gratiam, dimitto Scholasticis discutendum. Hactenus Adrianus.

254. An si sint Sacramentum, conferre gratiam.

Ego autem sic discutio hanc quæstionem: esto Eucharistia non conferret illis gratiam, ut diximus Disp. 4. Sect. 8. Concl. 3. n. 39. haud equidem video, quare Matrimonium non conferret, supposito quòd sit verum Sacramentum. Ratio disparitatis est; quòd Eucharistia sit Sacramentum permanentis, & idèd sive detur infideli, sive fideli non baptizato, adhuc habet suum significatum, scilicet corpus & sanguinem Christi; at verò Matrimonium est Sacramentum transiens, sive quod consistit in usu, adèdque oportet habeat suum effectum in suscipiente, qui non ponit obicem, ut respectu ipsius sit verum Sacramentum; nam Sacramentum est signum efficax gratiæ; ergo si Matrimonium respectu fidelis non baptizati, existentis in gratia, est Sacramentum, necessariò in eo causat gratiam sanctificantem.

255. Tunc dicitur quod debet conferri.

Si dixeris: absentia Baptismi est obex. Respondeo: ergo respectu talis subjecti non est Sacramentum, quia non potest ei ullo casu conferre gratiam. Aliud est de fideli Baptizato, existente in malo statu; quia si talis, putans bonà fide se esse contritum, cum solum sit attritus, reciperet Sacramentum, conferret illi gratiam, ut cum Aliis docuimus Disp. 1. Sect. 5. Concl. 5. Porro impræsentiarum sive fidelis putet se baptizatum, sive non; equidem non recipiet gratiam, quomodo ergo erit Sacramentum propriè dictum respectu ipsius? Vel, si recipiat gratiam, quan-

do putat se baptizatum, quare non recipiet, quando cognoscit se non esse baptizatum? An forè, quia tunc peccat, volendo sic contrahere Matrimonium? Ergo non est casus propositus, qui loquitur de fideli non baptizato existente in statu gratiæ; alioquin idem erit casus, sive dixeris fidelem non Baptizatum, sive infidelem non baptizatum, cum tamen inter illos casus distinguat manifestè Adrianus.

Et consequenter assero: Eucharistiam non esse Sacramentum transiens respectu cathecumeni, existentis in bono statu, si ei non conferat gratiam, eò quòd pro ipso non sit institutum; vel si respectu ipsius est Sacramentum transiens, dico, necessariò conferre gratiam. Hæc de illa incidente quæstione satis.

Nunc ad primariam difficultatem, sive ad quæstionem, an verè Matrimonium sit Sacramentum novæ legis respectu infidelis, id est, non baptizati. Fateor, vocat Innoc. 3. cap. *Veniens*, supra allegato ab Adriano, casum dubitabilem de Sacramento Ordinis, suscepto ante Baptisma, & pro utraque parte adducit rationes: pro invaliditate: *Ut cum Baptismus sit fundamentum omnium Sacramentorum, ante susceptionem Baptismi non suscipiatur aliud Sacramentum; quoniam ubi fundamentum non est, superædificari non potest.*

256. An valeant Ordines, col. lat. ante Baptismum. Cap. 3. de Presbyt. non baptiz.

At verò pro valore subjungit: *Nam cum quis non solum per Sacramentum Fidei, sed per Fidem etiam Sacramenti, efficiatur procul dubio membrum Christi, & qui Christum habet per Fidem, etiam si Baptismum non habeat, habet utique fundamentum, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Jesus: superædificare posse videtur, sicut saluifera opera, sic & qualibet Ecclesiastica Sacramenta: cum illud non sit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus Sacramentis, quòd Baptismus sit fundamentum illorum: quoniam & Sacramentum conjugii & Eucharistiæ à non baptizatis recipi potest. Præterea, Sacramentum Ordinis, non solum Pontificalis, sed Sacerdotalis etiam, & Levitici, ex institutione sua præcessit Baptismum, per quod forsitan videtur, quòd ante Baptismum hujusmodi Ordines possent rite conferri, maxime his, qui baptizati esse creduntur.*

En rationes pro & cõtra. Et quid existimatis Pontificè resolvissè? Utique non valuisse, aut saltem dubium fuisse Sacramentum Ordinis, quod collatum erat ante Baptisma. Sic enim immediatè subjungitur: *Quia verò in Concilio apud Compendium legitur constitutum; quòd si quis in Presbyterum ordinatus, deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur.* Nos circa latorem præsentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes: *Mandamus, quatenus ipsos per singulos Ordines, usque ad Sacerdotium promoveri procuret, & permittas cum in Sacerdotio ministrare, quia non*

intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum. Ergo dubium erat, an Ordines collati ante Baptisma validi forent, & ideo Pontifex mandat eos reiterari.

257. Certum videtur non valere.

Cap. x. de Presbyt. non baptiz.

Immo videtur certum, non valere: quia Concilium apud Compendium (& refertur eod. Tit. c. i.) absque mentione alicujus dubii simpliciter & absolute præcipit, dicens: Si quis Presbyter ordinatus, deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur. Ergo absolute judicavit istud Concilium Ordines non valere, qui conferuntur non baptizato; non alio utique fundamento, quam quia Baptismus est fundamentum omnium aliorum Sacramentorum, etiam quodammodo Eucharistiæ, quæ licet possit percipi à non baptizato, quia est Sacramentum permanens; tamen non potest ab eo confici, nec potest ab eo percipi, inquantum est Sacramentum transiens, id est, cum fructu, ut supra dictum est. Ergo consimiliter Sacramentum Matrimonii proprie dictum, quod transiens est, nequit recipi à non baptizatis; quàmvis alioquin vinculum Matrimonii, quod etiam vocatur Matrimonium, & est Sacramentum permanens improprie dictum, significans conjunctionem Christi cum Ecclesia, recipiatur à non baptizatis, in illoque permaneat, sed absque effectu gratiæ sanctificantis.

258. Matrimonium in jure aliquando sumitur improprie.

Et forte in cap. Veniens, Sacramentum conjugii non sumitur proprie pro Sacramento novæ legis; sed pro Sacramento improprie quale fuit Matrimonium in veteri lege; vel pro vinculo Matrimoniali, quod etiam est Sacramentum improprie, uti mox declaravimus. Colligitur ex eo, quod etiam in illo cap. enumeretur Sacramentum Ordinis Pontificalis, Sacerdotalis & Levitici veteris legis, quod constat non fuisse Sacramentum proprie dictum, sive signum efficax gratiæ ex opere operato. Ergo cap. Veniens, non opponitur communi sententiæ; maxime cum illa sententia, pro qua afferuntur hæ rationes, quæ possent videri oppositæ communi doctrinæ, à Pontifice rejiciatur, & per consequens etiam ipse rationes rejiciantur.

259. Aliquando lato.

C. 8. de Divort.

Quantum ad cap. Gaudemus; dicimus, in eo Matrimonium infidelium vocari Sacramentum late loquendo, inquantum aliquo modo designat seu significat unionem Christi cum Ecclesia. Et videtur loqui Innoc. de ipso vinculo Matrimoniali, remanente ex contractu Matrimonii; nam intentio ejus est definire, infideles, in gradibus ab Ecclesia prohibitis conjunctos, non debere separari, ut patet ex principio d. cap. Gaudemus in Domino. Et infra: Utrum pagani uxores accipientes in 2. vel 3. vel ulteriori gradu sibi conjunctas, sic conjuncti debeant post conversionem suam in simul remanere, vel ab invicem separari,

vi, edoceri per scriptum Apostolicum postulasti. Super quo taliter respondemus, quod cum Sacramentum conjugii apud fideles & infideles existat &c. Et infra: Fideles hujusmodi Matrimonialiter copulari libere possunt; & licet remanere conjuncti, cum per Sacramentum Baptismi non solvantur conjugia, sed crimina dimittantur. Ergo per conjugium intelligitur hic vinculum Matrimoniale; & non contractus Matrimonii, qui transit. Et quàmvis intelligeretur contractus, & hic ipse in infidelibus est Sacramentum, sed late dictum, ut prius diximus; ergo nec hoc jus quidquam probat contra communem doctrinam, quæ solum negat in infidelibus Sacramentum Matrimonii proprie dictum, id est, collativum gratiæ sanctificantis ex opere operato.

Ex quo sequitur hoc corollarium; Matrimonia veteris legis, tametsi constarent eadem materiâ, formâ, & ministro; non tamen constant eodem suscipiente (& sic quodammodo nec eadem materiâ) cum suscipiuntur in nova lege debeat esse fidelis, id est, baptizatus, idque ex institutione Christi, qui voluit, ut primum omnium Sacramentorum locum teneret Baptismus, quod vitæ spiritualis, quæ per Sacramenta novæ legis vel confertur, vel augetur, janua est, teste Florent. in Decreto Eug. ibi: Primum omnium Sacramentorum locum tenet sanctum Baptisma, quod vitæ spiritualis janua est.

Quid ergo, dicit aliquis, si fidelis contrahat cum infideli, nonne Matrimonium illud in solo fideli erit Sacramentum novæ legis, secus autem in infideli? Pro responsione ponitur

CONCLUSIO V.

Matrimonium potest in uno contrahentium esse Sacramentum, & non in alio.

Duplex est casus, de quo hic disputatur. Primus jam statim fuit propositus, videlicet, an quando fidelis baptizatus, contrahit Matrimonium cum non baptizato, per dispensationem Pontificis, fidelis baptizatus suscipiat verum & proprie dictum Sacramentum Matrimonii. Alter casus est; quando uterque quidem est baptizatus, sed una pars non intendit ministrare, aut suscipere Sacramentum; sed solum civiliter contrahere, sicuti contraheret, si non esset baptizatus, aut si Christus Matrimonium non elevasset ad dignitatem Sacramenti; quaeritur, inquam, an etiam in tali casu, unus solus contrahentium suscipiat verum & proprie dictum Sacramentum Matrimonii.

Ad primum casum respondet Sanchez lib. 2. disp.

Resolutio 1. 2. disp. 8. n. 2. ex parte neutrius esse Sacramentum; quia, inquit, Matrimonium in utroque conjugis est unum numero Sacramentum, sicut est unum numero Matrimonium; ergo si in uno non est Sacramentum, nec erit in altero.

Hanc sententiam sequitur Vasquez disp. 2. de Matr. c. 4. n. 20. & c. 10. n. 113. Cujus rationem, inquit Pontius lib. 1. c. 6. n. 7. (ubi & ipse eam amplectitur) attingit idem Gab. Vasquez; quia alia Sacramenta, præter Baptismum, nisi à baptizatis recipi non possunt. Ut autem Matrimonium sit Sacramentum, oportet, ut uterque conjux baptizatus sit; nam non unius tantum corpus, consensus, & verba, sunt materia & forma, sed utriusque. Quare cum sit unum numero Sacramentum, & utriusque consensus, corpora & verba, componant unicam indivisibilem formam atque materiam, & ea non sit ex omni parte capax Sacramenti, fit ut nullatenus Sacramentum constare possit; id enim totum, quod adhibetur à contrahentibus, non est ex omni parte materia legitima Sacramenti. Quare eâ stante dispensatione, tantum maneret in ratione contractus. Ita Bas. Pontius.

Idipsum eodem fundamento, docet; tanquam rem certam, Castro Palao hic disp. 2. punct. 2. n. 11. citans præterea Gutierrez de Matr. c. 42. n. 4. & Coninck disp. 24. dub. 2. conclus. 6. qui addit aliam rationem; quia, inquit, solus contractus baptizatorum est elevatus ad esse Sacramenti: hic autem non est magis contractus baptizatorum, quam non baptizatorum. Ita Coninck. Vel, ut ait Castro Palao sup. Christus Dominus illum contractum ad esse Sacramenti elevavit, qui absolute & simpliciter contractus fidelis est; hic autem contractus non est simpliciter fidelis, cum etiam sit infidelis.

Sed hæ rationes, quamvis sententiam illam faciant probabilem, non tamen certam, meo iudicio. Unde oppositam satis solide, ut ait Herinx hic disp. 2. n. 14. docet Soto 4. disp. 26. q. 2. a. 3. in fine, Eckius in lib. Homil. Homil. 73. de Sacram. Aversa hic q. 1. sect. 6. §. His tamen non obstantibus, quos sequitur Hiquæus in suo Comment. 4. dist. 26. n. 56. ubi putat eam magis esse conformem nostro Doctori illâ dist. q. un. n. 15. ubi docet, ut vidimus Concluf. 3. dari duplicem formam partialem hujus Sacramenti, & per consequens duplex partiale Sacramentum.

Et probatur, inquit Hiquæus; quia fundamentum oppositæ sententiæ stat in opposito, quatenus putat Sacramentum Matrimonii esse unicum unitate indivisibilitatis. Secundò; consensus, ut procedit personaliter à quolibet conjugis, inducit obligationem

contractus passivam & activam ex parte ejus; ergo sic præcisè perficit Sacramentum in ipso; sed nihil deest ex parte baptizati, quin fiat contractus ejus signum sensibile, causans gratiam in ipso; quia est contractus legitimus, & Matrimonialis, quo transfert potestatem sui corporis in alium, & vicissim acquirit potestatem alterius per mutuum consensum; ergo perficit ex parte sua Sacramentum, quia ipse sibi ministrat Sacramentum, & non alter; licet non posset ministrare sine consensu concurrente ex parte alterius; quia nequit poni contractus legitimus, sine concursu utriusque. Sufficit ergo, ut sit baptizatus, & ponat contractum legitimum ex parte sua per verba expressum, contra hoc nullum sequitur inconueniens, supponendo contractum esse, aut fieri legitimum. Hæc ille.

Breviter ex Herinx supra; est verus Matrimonii contractus, subiectatus in persona capaci Sacramenti, in qua proinde est signum gratiæ. Confirmatur: quia potest unum signum efficiens duos, v. g. una Absolutio, super plures prolata, esse Sacramentum respectu unius, habentis omnia requisita, & non respectu alterius, qui in aliquo essentiali deficit.

Confirmatur 2. quia olim, dum pauci erant fideles, sic contrahere sæpè erat necessarium; & tamen idè non debebant fideles, sic contrahentes, carere gratiâ sacramentali.

Confirmatur 3. quia de facto sæpè fit, ut fideles contrahentes, etsi ambo recipiant Sacramentum, tamen defectu dispositionis, unus tantum recipiat gratiam; immo posset esse Sacramentum tantum ex parte unius, si videlicet alter non intendat Sacramentum suscipere, modò tamen saltem intendat alteri ministrare. Neque hæc ratione inconueniens est, quòd infidelis ministraret fidei Sacramentum, si non desit intentio. Ministraret namque Sacramentum capaci, uti cum tali contrahit. Sic enim posset etiam ministrare Baptismum non baptizatus. Neque Christus in Sacramento Matrimonii alios requisivit ministros, quam contrahentes. Hucusque Herinx.

Sed hæ omnes confirmationes non sufficiunt Bonæ Spei, ut assensum suum præbeat illi sententiæ. Hinc disp. 4. de Matr. n. 23. Respondet ad primam, disting. Assumptum. Potest unum signum & c. respectu unius, & non respectu alterius & c. esse Sacramentum, quod de materiali est essentialiter contractus duorum baptizatorum & c. nego Assumptum; nam repugnantia patet; Sacramentum quod potest esse unius tantum, concedo Assumptum. Sed Matrimonium quæ Sacramentum, de materiali est essentialiter talis contractus, ut contendimus. Hæc ille.

Sed aliud est contendere, & aliud probare, quod

265. Item ex Herinx & ex eod. confirmatur primò.

Secundò;

Tertiò;

266.

Resp. Bonæ Spei ad 1. confirmatio-nem.

267.

263. Item Castro Palao, citans Gutierrez & Coninck.

Ubi resolutio non est certa. Hæc Soto. Eckius. Aversa.

264. Oppositum probatur ex Castro.



Rejicitur.

quod contendimus. Contendit quidem id Bonæ Spei, sed non probat; unde eadem facilitate negatur, quâ asseritur; & si ipse affirmando probavit, ego negando reprobavi. Hoc ergo est quod quæritur; an Christus solum elevaverit ad rationem Sacramenti contractum duorum Baptizatorum, an verò omnem contractum baptizati legitimum. Petitur itaque principium, quando contra nos assumitur: Matrimonium, quâ Sacramentum in utroque conjugè, est essentialiter contractus duorum baptizatorum. Hoc enim à nobis negatur, nisi sic intelligatur: Matrimonium, quâ Sacramentum in utroque conjugè, est essentialiter contractus duorum baptizatorum; quâ autem Sacramentum in uno conjugè, est essentialiter contractus in uno baptizato. Unde sicuti tale Matrimonium non est simpliciter contractus fidelis seu fidelium, sed contractus unius tantum fidelis; sic etiam non est simpliciter Sacramentum, sed tantum respectu unius partis. Probandum ergo manet Bonæ Spei, & aliis Auctoribus, supra enumeratis, Deum non elevasse ad rationem Sacramenti, nisi Matrimonium inter duos baptizatos, ad rationem, inquam, Sacramenti, nequidem partialis.

268. Resp. Bonæ Spei ad 2. confirmationem.

Ad secundam confirmationem Herinx, Responder Bonæ Spei supra n. 24. Neg. Conseq. siquidem, inquit, non magis evincit, baptizatum istum debere recipere gratiam Sacramenti Matrimonii, quia sic contrahere sæpè est necessarium; quam ipsum debere recipere gratiam Sacramenti Confirmationis, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Ordinis & Extremæ Unctionis; quia illis carere, degendo inter infideles, sæpè, immo sæpissimè est necessarium: esse autem necessarium baptizato nubere infideli, nihil est aliud, quam esse necessarium baptizato carere Sacramento Matrimonii.

Contra arguitur.

Sed contrà: disparitas est, quòd necessarium erat suscipere Matrimonium, & onera Matrimonii, absque gratia Sacramenti, summè utili ad sustinenda onera. Sicuti si foret necessarium alicui suscipere Ordines sacros, & non posset recipere gratiam Sacramenti, ad debitè Sacros Ordines exercendum, & servandam perpetuam continentiam, iis annexam.

269. Resp. ad 3. confirmationem.

Ad 3. confirmationem Herinx, Responder Bonæ Spei n. 25. Neg. rursus Conseq. quia, inquit, ex isto Anteced. non magis concluditur, Matrimonium esse Sacramentum ex parte baptizati, & hunc recipere gratiam Sacramenti Matrimonii, quàm non esse, nec hunc, nec alterum recipere gratiam Sacramenti Matrimonii; quia de facto nimis sæpè fit, ut fideles contrahentes, etsi ambo recipiant Sacramentum, tamen defectu dispositionis, neuter recipiat gratiâ, ex quo illud

concluderetur, si argumentum concluderet.

Sed contrà: ex isto Anteced. magis concluditur, Matrimonium esse Sacramentum ex parte baptizati, quàm non esse, quia ex parte baptizati non est defectus alicujus dispositionis necessariæ ad suscipiendum Sacramentum Matrimonii, sicut est ex parte non baptizati; & idèò baptizatus suscipit Sacramentum Matrimonii, secus non baptizatus; sicut quando uterque est baptizatus, idèò unus recipit gratiam, non alter; quia unus est dispositus, & alter ind dispositus. Et sicut sæpè fit, ut ambo fideles contrahentes non recipiant gratiam, defectu dispositionis; sic etiam fieri potest, ut ambo contrahentes non recipiant Sacramentum, defectu alicujus dispositionis, seu conditionis requisitæ ad valorem Sacramenti, v.g. defectu Baptismi aut intentionis conficiendi Sacramentum: si enim fieri potest, ut unus tantum fidelium suscipiat Sacramentum, eò quòd alter nolit illud suscipere, ut ibi docet Herinx; etiam consequenter fieri potest, ut neuter suscipiat, quia neuter vult suscipere; aut Sacramentum ministrare. Quod an per se fit, jam restat examinandum: nam ab eo dependet resolutio secundi casus sup. positi, quòd fideles possint, vel non possint separare rationem contractus, à ratione Sacramenti, ita ut validè contrahant Matrimonium, & non suscipiant Sacramentum Matrimonii.

Herinx supra n. 17. sic ait: Plurimi satis probabiliter negant, inter quos Suarez de Sacram. in genere disp. 13. sect. 2. Præpositus de Sacram. Matr. q. 2. dub. 4. n. 29. & valde mordicus Averfa q. 1. sect. 5. dicentes, debere constans esse, quòd non. Nihilominus satis mihi placet responso affirmativo, quam tenet Vasquez 2. in 3. part. disp. 138. c. 5. Rebellus part. 2. lib. 2. q. 5. Bonnacina q. 2. de Matr. punct. 5. n. 4. Diana part. 3. tract. 4. resol. 255. & plures alii. Nam Christus institutione suâ non invalidavit contractum aliàs validum; sed ei in natura sua invariato, solum addidit dignitatem Sacramenti, quando scilicet adfuit reliqua, ad rationem Sacramenti generaliter requisita, v.g. intentio &c. Et ob hoc contractus, initus ab infidelibus, non est Sacramentum, defectu Baptismi prærequisiti, quàmvis alioquin sit contractus validus. Idem ergo est de fidelibus, si absit intentio Sacramenti, si adfit intentio contraria. Et quamquam Christus potuisset aliud voluisse, cum tamen id non satis constet, standum est pro valore actûs, aliàs ex natura rei subsistentis.

Confirmatur, quia (ut testatur Bass. Pontius lib. 1. de Matr. c. 9.) id observant Inquisitores in judaizantibus, qui prius solent secretò contrahere, ut postea coram Parocho certius rationem Sacramenti excludant: quorum

rum tamen Matrimonium nunquam invalidum judicatur. Hucusque Herinx.

Quem rejicit Bonæ Spei supra n.9. & Respondet, supponi falsum, videlicet posse abesse intentionem Sacramenti Matrimonii, vel posse adesse intentionem illi contrariam, posita legitimâ intentione contractûs validi maritalis inter baptizatos, prout abesse potest Baptismus à contractu maritali valido infidelium: est enim evidens disparitas in eo, quod intentio legitima Sacramenti Matrimonii aliud non sit ex Christi institutione, quam legitima intentio contractûs validi maritalis inter baptizatos, ut vel ipse Herinx discursu suo fatetur, dicens, *Christus institutione sua contractui alias valido, in natura sua invariato, solum addidit dignitatem Sacramenti: infero, ergo ubicumque est; Sacramentum Matrimonii est; ergo ubicumque est intentio legitima ad talem contractum, est intentio legitima ad Sacramentum Matrimonii; ergo supponit falsum &c.* Baptismus verò infidelium aliud omnino est ex Christi institutione, quam contractus maritalis, validè initus ab infidelibus; unde mirum non est, si contractus defectu illius, non sit Sacramentum Matrimonii. Ad id verò, quod addit, Respondet, satis constare ex propria ejus statim allatâ confessione, Christum aliud voluisse. Hæc Bonæ Spei.

Sed quæ propria illa Confessio, statim allata? Hæc, inquis, *Christus institutione sua &c.* Nunquid hæc tota confessio? Ecce verba, quæ silentio præteristi, ubi maximè ea exprimere debuisses: *Quando scilicet adsum reliqua, ad rationem Sacramenti generaliter requisita, v. g. intentio &c.* Si isthæc benè expendisses Bonæ Spei, procul dubio vidisses, Consequentiam tuam non valere: *Ergo ubicumque est (contractus aliàs validus) Sacramentum Matrimonii est.* Planè Sacramentum Matrimonii est, quando adsumt reliqua (ut dicit Herinx) *ad rationem Sacramenti generaliter requisita, v. g. intentio &c.* Sed quia intentio deesse potest, idèd fieri potest, ut alicubi sit contractus, aliàs validus, ubi tamen non est Sacramentum Matrimonii. Itaque Herinx discursu suo minimè fatetur, intentionem legitimam Sacramenti Matrimonii, aliud non esse ex Christi institutione, quam legitima intentio contractûs validi maritalis inter baptizatos; sed fatetur suo discursu, infuper necessariam esse intentionem conficiendi Sacramentum.

Quod autem ait Bonæ Spei: *Supponi falsum, scilicet posse abesse intentionem Sacramenti Matrimonii, vel posse adesse intentionem illi contrariam &c.* hoc probandum est; alioquin eodem jure ego dicam: falsum est, non posse abesse intentionem Sacramenti Matrimonii &c.

Probatur, inquis, quia jam à Christo factâ legitimi contractûs maritalis inter baptizatos elevatione ad esse Sacramenti, impossibile est, rationem Sacramenti ab illo contractu legitimo separari, sive intendere contractum, quem Christus ad esse Sacramenti elevavit, & non intendere Matrimonii novæ legis Sacramentum, quandoquidem hoc re ipsâ solum fit contractus, quem Christus ad esse Sacramenti elevavit: ergo &c. Ita Bonæ Spei.

Sed quis non videt, esse petitionem principii? Nam hoc est quod queritur, an hoc re ipsâ solum fit contractus, quem Christus ad esse Sacramenti elevavit: ex quo autem hoc probatur? An fortè ex aliqua Scriptura, aut aliquo Concilio, vel ex jure Divino, aut jure Canonico?

Planè, reponit quispiam ex Conciliis Florent. & Trident. quæ absolute definiunt, Matrimonium fidelium esse Sacramentum, neque ostendi potest aliqua ratio, hoc vel illud Matrimonium excipiendi.

Respondeo: ratio in præsentia est, quia Conc. Florent. postulat intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, quæ intentio in casu nostro deficit. Porro quod hoc ipso etiam deficiat intentio faciendi contractum, ex quo Concilio, aut ex quo jure probatur? Nonne Aliqui docent, Matrimonia clandestina fidelium ante Trident. fuisse valida in ratione contractûs, & non in ratione Sacramenti? Similiter Plures docent, Matrimonium per procuratorem esse firmum & legitimum in ratione contractûs, non tamen esse Sacramentum.

Atque hoc est fundamentum, ob quod Basil. Pontius lib. 1. c. 9. n. 3. existimat, nostram sententiam probabiliozem; quia, inquit ille, non invenio fundamentum aliquod, neque in Patribus, neque in Conciliis, neque etiam in unanimi DD. fidelium opinione, unde deducamus, ita elevatum esse à Christo contractum Matrimonii ad rationem Sacramenti, ut si Sacramentum non sit, contractus non sit. Quàmvis enim non possit esse Sacramentum Matrimonii, sine ratione contractûs, cum legitimus Matrimonii contractus sit materia & forma ejus Sacramenti; at nulum fore contractum concurrentibus omnibus, quæ necessaria sunt ad valorem contractûs, ex eo quod non sit Sacramentum, non rectè colligitur.

Exigo enim ab his Doctoribus, unde colligant, eo modo factam à Christo institutionem, cum eorum assertio ex institutione dependeat? Eam enim non exprimunt Concilia, neque insinuant, ut notum est; & præterea, non pauci Doctores antiqui tenuerunt, Matrimonia clandestina inter Fideles contracta, esse quidem firma in ratione contractûs, care-

R f re

274.  
Probatur  
falsitas sup-  
positi.

Sed petitur  
principium;

275.

Quare ali-  
quod Matri-  
monium fi-  
delium non  
sit sacra-  
mentum

276!  
Probatur  
nostra Con-  
clusio ex  
Pontio.

re tamen ratione Sacramenti. Et multò Plures docuerunt Matrimonium inter absentes, & per procuratorem, esse firmum & legitimum, non tamen Sacramentum: & non pauci Recentiores indicant, eam opinionem adhuc post Concilium Trident. esse valde probabilem. Non est ergo aliquis communis sensus DD. unde colligatur, rationem contractus inseparabilem esse à ratione Sacramenti inter fideles. Hæc ille.

277.  
Altera præ-  
batio ex eod.  
sacramentis

Et n. 4. addit alterum fundamentum; quia ubi jus non exprimit, contractum Matrimonii esse invalidum, censendus est validus in utroque foro, ex Joan. 22. in Extravag. Antiqua, cum communi DD. sententia. Nullum autem jus exprimit contractum Matrimonii, celebratum etiam cum intentione non conficiendi Sacramentum, esse invalidum.

278.  
Probatur 3.

Denique (inquit n. 5.) habemus pro nostra sententia tacitum consensum Ecclesiasticorum Judicum. Nam illi qui apud nos post Baptismum ad Judaismum deficiunt, Matrimonium contrahunt sine intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Ut enim Inquisitorum testimonio constat, prius illi privatim in suis domibus solent Matrimonia contrahere, & postea fingunt se in facie Ecclesiæ contrahere, & tamen sine ulla intentione contrahendi more Christiano, quem potius irrident. Cùm quæ hæc certissimè in judicio consent, nunquam Inquisitores, neque in Hispania, neque extra Hispaniam Episcopi, Inquisitorum ordinario munere fungentes, judicarunt illos separandos, aut iterum debere conjugium contrahere; cum tamen si ex defectu ejus intentionis deficeret ratio contractus, deberent iterum contrahere, vel possent validè alteri nubere. Hucusque Pontius.

279.

Respons.  
Præpositi ad  
3. probatio-  
nem.

Sed ad hoc ultimum respondet Præpositus supra n. 35. ea Matrimonia esse irrita, & si probari possint, contrahentes posse ad secundas nuptias transire: quòd si hoc non permittatur, oritur ex eo, quòd Judices Ecclesiastici, vel Inquisitores, in praxi aliam sequantur sententiam, quæ suâ probabilitate non caret. Addeæ nullam utilitatem posse provenire ex eo, quòd secundas nuptias permitterentur inire cùm eas simili modo inirent.

Alia respon-  
sio ex Aver-  
sa.

Aliter responderi Averfa sup. quòd praxis illa Ecclesiasticorum Judicum solum suadeat, in foro externo præsumi intentionem sufficientem; id est, intentionem conficiendi Sacramentum, casu quo aliter non possint validè contrahere. Putant namque Adversarii illas intentiones esse contrarias: *Volo contrahere Matrimonium*, & *Nolo conficere Sacramentum*; adeoque vel confici Sacramentum, si prior intentio prævaleat, id est, si ita volo contrahere Matrimonium, ut si scirem, me non posse id

facere, nisi simul conficiendo Sacramentum, equidem vellem contrahere; aut certè contractum esse invalidum, si posterior intentio prævaleat, id est, si ita nolim conficere Sacramentum, ut si scirem, me non posse cum tali intentione validè contrahere, equidem nolim conficere Sacramentum.

Hinc consequenter asserit Præpositus supra n. 33. eos, qui cum ignorantia sui Baptismi, & ignorantia Sacramenti Matrimonii, contraherent Matrimonium, bonâ fide existimantes se tantum facere contractum civilem; nihilominus conficere Sacramentum; quia unumquodque contrahens, nisi contrarium sufficienter intendat, solet contrahere juxta exigentiam suæ conditionis, & hoc confusè intendit non quidem in actu signato, ut dicitur solet, sed in actu exercito; cùm ergo tales ex suppositione confusè contrahere, velunt Matrimonium confusè contrahere, secundum exigentiam Matrimonii baptizatorum, quòd sufficit, ut censentur velle Matrimonium in ratione ceremoniæ sacræ, & censentur velle facere quòd facit Ecclesia.

Si objicias: voluntas non fertur in ea, quæ sunt omninò incognita. Respondet n. 34. voluntatem non esse ad incognita, ut inde oriatur aliqua obligatio; qui enim contrahit, quovis modo se intendit obligare ad ea, quæ non novit: si verò ex aliqua conditione actus non oriatur nova obligatio, licet illam conditionem non noverit, potest ceteri eam velle, quatenus censetur velle contrahere juxta suam conditionem, ex qua conditione subjectus urgit in contractum esse sacramentale. Hæc ille.

Cui si rursum opponas: intentio, quæ quæ vult non recipere Sacramentum, non est contra substantiam Matrimonii; ergo illud non irritat.

Respondet n. 36. non esse contra substantiam Matrimonii, loquendo in genere, & præstatà ejus naturâ, unde non semper illud irritare; esset tamen contra substantiam contractus, prout, juxta institutionem Christi, est elevatus ad esse sacramentale respectu subiecti capâcis.

Arguis 3. Ergo qui metu mortis in validè contrahit Matrimonium, peccat mortaliter, conficiendo Sacramentum, quòd est mortale sacrilegium in aliis Sacramentis.

Respondet: non esse mortale, univèrsim loquendo, proferre verba formæ Sacramenti, non conficiendo Sacramentum: si enim aliquis metu gravi alium adigat ad proferenda verba formæ Baptismi, proferens non peccabit mortaliter, etiam si non conficiatur Sacramentum; nisi alius adigat in contemptum Religionis Christianæ, cujus ritus & formæ

Sacramentorum velit ludibrio exponere. Cum ergo in Matrimonio variis de causis aliquis possit adigi ad proferenda verba, vel edenda signa expressiva consensûs, nec tamen ei expediat interius præbere consensum, vel etiam non possit præbere legitimum, potest sine peccato, ad grave malum evitandum, proferre verba &c. licet non contrahat, vel Sacramentum conficiat; quod multò facilius in præsentia materia potest contingere: nam moraliter loquendo aliquis non faciliè adigetur, ad formas aliorum Sacramentorum proferendas, quarum prolatio, juxta communem modum humanæ conversationis, non videtur utilis ad grave malum evitandum: signa verò, consensûs Matrimonialis expressiva, adhuc sæpè possunt esse utilia: poterunt ergo sine peccato usurpari materialiter, etiã sine intentione ulterius consentiendi, vel etiam si sciatur consensum hîc & nunc non esse legitimum.

Quin imo putat prædictus Auctor non esse mortale, hujusmodi verba proferre, vel edere signa, tamen si desit iusta causa, & periculum gravioris mali.

Discrimen autem assignat inter formas aliorum Sacramentorum, & formam hujus Sacramenti; quòd alia Sacramenta habeant certam verborum formam, jure divino præscriptam, quæ extra consecrationem Sacramentorum communiter in humana conversatione adhiberi non solet, & proinde illa uti extra Sacramenta continet gravem irreverentiam erga Sacramentum: signa verò, quæ possunt esse expressiva contractûs Matrimonialis, ex hominum institutione solent ad varios alios fines in humana conversatione adhiberi, v. g. illa verba: *Accipio te in meam*, possunt etiam juxta hominum consuetudinem adhiberi, solum ad declarandam benevolentiam, item ad facietam recreationem cum aliqua; unde nisi informentur interiori consensu, non censentur forma hujus Sacramenti, & proinde non potest dici fieri injuria Sacramento, si hæc verba etiam ad alios fines, vel joci causâ usurpentur. Hactenus Præpositus. Vide quæ de hac re nos diximus Disp. 1. Sect. 7. Conclus. 14. & infra adhuc redibit proprius locus de eadem controversia tractandi.

Saltem ex jam dictis bene ostenditur, illa argumenta non convincere omnino nostram sententiam; immo nullatenus probatur, supposito, quòd Christus omnem prorsus contractum maritalem fidelium, quacumque intentione fiat, elevaverit ad dignitatem Sacramenti. Sed hoc restat Adversariis probandum.

Probat autem Præpositus supra n. 29. Constat Christum Dominum evexisse ad rationem Sacramenti contractum civilem Matrimoniale baptizatorum, & non apparet, quòd reliquerit liberæ contrahentium voluntati, ut contractus eorum eam rationem

participaret, vel non participaret; ergo &c. Respondeo: apparet omnino; quia certum est, quòd Christus; præter materiam & formam Sacramenti; requisiverit intentionem ministri faciendi, quod facit Ecclesia, unde non valet Baptismus, tamen si puer abluatur, cum prolatione istorum verborum: *Ego te baptizo* &c. si minister non intendat facere, quod facit Ecclesia, & tamen Christus instituit illam ablutionem, cum istis verbis, Sacramentum novæ legis.

Nec valet dicere: ille Baptismus non est validus; ergo nec ille contractus erit validus; Negatur quippe Conseq. disparitas est; quòd ille Baptismus (idem est de aliis Sacramentis) antecederet ad Christi institutionem nullum habebat valorem (nisi abluendi sordes corporis, quem etiam tali casu retinet) uti habuit contractus Matrimonii. Unde Baptismus esse validum, formaliter est idem (ut ait Herinx supra) quòd esse Sacramentum, sive quòd esse certum sacrum signum, à Christo institutum; neque alius est in eo valor, quàm esse Sacramenti. Porro contractum Matrimonii esse validum, non est formaliter idem, quòd esse Sacramentum, ut patet in infidelibus; non apparet autem, quòd Christus illum valorem voluerit auferre, elevando contractum fidelium ad dignitatem Sacramenti.

Secundò argumentatur Præpositus supra: Ab initio Ecclesiæ additi sunt certi quidam ritus sacri in celebratione Matrimonii, ut patet ex Epist. Evaristi ad Episcopos Africanos, & ex Concil. Carthag. 4. cap. 13. quod non videtur aliunde provenire, quàm ex eo, quòd Matrimonium sit Sacramentum; atqui ex intentione Ecclesiæ illi ritus sunt adhibendi omni Matrimonio; ergo Ecclesia videtur tacitè sentire, omne Matrimonium fidelium esse Sacramentum. Consequentia probatur; si ratio contractus civilis separari posset à ratione Sacramenti, id videretur posse fieri liberâ contrahentium voluntate, etiam sine culpa. Unde enim colligi potest, quod teneantur contractum inire, etiam in ratione Sacramenti? Et unde colligi potest, quòd Christus Dominus permiserit validè iniri civilem contractum, sine receptione Sacramenti, & voluerit nihilominus, hanc rationem semper conjungi contractui Matrimonii in baptizatis? Quòd si absque culpa contrahentes possint velle inire contractum civilem, non suscipiendo Sacramentum, unde tam rigidè Ecclesia vult hos ritus adhiberi? Certè pro contractu merè civili, Ecclesia non instituit ceremonias sacras. Hæc ille.

Respondeo; Ecclesia instituit ceremonias sacras pro contractu, qui debet esse Sacramentum. Illud autem debitum colligunt aliqui ex sensu communi & usu, ac ex eo quod idcirco Ecclesia in contracturis requirat statû gratiæ. Sed

R r 2

lium quodcumque ad dignitatem Sacram.

Reprobatur;

286. Præcluditur evasio.

287. Secundum arg. Præpositi.

288. Matrimonium fidelium debet esse Sacramentum.

284. Quæ pro-  
rius sacra-  
mentum  
Matrimonii  
sunt inveni-  
tione, quæ  
formis aliis  
sacramenti  
et ita p[ro]p[ri]e.

285. Probatur ex  
Præf. Christi-  
aniss. s[er]m[on]e  
de fide.

Trident.

Sed ubi, interrogat quispiam, Ecclesia requirit statum gratiæ? An fortè in Conc. Trid. sess. 24. in Decreto de Refor. Matr. c. 1. ubi sic ait: *Postremo sancta Synodus conjuges hortatur, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonii consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant?* Verùm hæc verba solum continent consilium de re meliori, ut patet ex ly *Hortatur*. Deinde potest fieri contractus Matrimonii, multis diebus ante consummationem, & tamen satisfaciunt conjuges, si triduo ante consummationem Matrimonii confiteantur; ergo illa Confessio non prærequiritur ipsi contractui, qui tamen solus est Sacramentum. Denique, certum est, sufficere ad dignam susceptionem hujus Sacramenti, Contritionem Charitate perfectam.

Sufficiat ergo sensus communis, & usus communis omnium timoratorum, qui ante contractum Matrimonii solent confiteri, aut saltem per Contritionem procurare statum gratiæ; idque quia apprehendunt, se debere suscipere, & administrare Sacramentum. Et sanè quæ ratio separandi Sacramentum à contractu, cum æqualis insolubilitas oriatur ex nudo contractu inter baptizatos?

289. *An possit dari casus, in quo expediat separare contractum à Sacramento.*

Dices, fieri potest, ut contrahentes habeant conscientiam peccati mortalis, immo in ipso contractu mortaliter peccent; v. g. si contrahant in vitis parentibus, quando alioquin tenebantur eos consulere: nonne tunc consultum foret, separare rationem contractus à ratione Sacramenti? Sic enim non peccarent peccato sacrilegii, & aliunde nullum fructum sperare possunt ex tali Sacramento, cum Sacramentum Matrimonii non revivificat.

290. *l. 4. & 5. ff. de LL.*

Respondeo; *Ex his, quæ fortè uno aliquo casu accidere possunt, jura non constituuntur.* l. 4. ff. de Leg. Nam ad ea potius debet aptari jus, quæ & frequenter & facile, quam quæ per arduum eveniunt. eod. l. 5. Ergo non obstante illo particulari casu, rectè potuit Deus velle, ut semper ratio Sacramenti conjungeretur contractui Matrimoniali, & ne possent licitè contractum à Sacramento separare; estd alioquin separatio foret valida. Præsertim cum in casu proposito tota malitia oriatur ex mala voluntate contrahentium, qui deberent non contrahere Matrimonium & sic evitarent, si vellent, utrumque peccatum.

*An tunc liceat separatio.*

Et reverà non constat, tales unquam voluisse contractum à Sacramento separare, parum curantes, duplici an unico peccato peccent, dummodo habeant suum intentum. Ergo propter eos non debuit Christus permittere illam separationem, cum, ut dictum est, etiam facta separatione, adhuc peccent. Sin autem aliunde conjuges sint in malo sta-

tu, vel abstineant à contractu, vel eliceant Contritionem Charitate perfectam, saltem putatiam, sicuti possunt cum gratia Dei, & non peccabunt; immo accipient gratiam Sacramenti, si saltem attriti fuerint supernaturaliter. Porrò de his, qui sunt in bono statu, non est dubitandum, quin velint conficere Sacramentum; nemo quippe censetur, seipsum sponte velle privare gratiâ sacramentali tam utili, immo quodammodo necessariâ, ad congruè sustinenda onera Matrimonii, quam sine ullo suo incommodo potest accipere.

Atque ut non effet præcepti divini illa conjunctio contractus cum Sacramento, saltem est præcepti Ecclesiæ, cum sit moris in Ecclesia illa nunquam separare; & idèd Ecclesia adhibet ceremonias sacras. Sicuti ergo, qui baptizatur in Ecclesia Latina formâ Grecorum, peccat mortaliter, licet Baptismus certò valeat; quia facit contra consuetudinem obligantem Ecclesiæ Latinæ in materia gravi, ita etiam, qui separat contractum Matrimonii à Sacramento, possit peccare graviter, tametsi contractus certò valeat; quia facit contra consuetudinem Ecclesiæ obligantem in materia gravi.

Ultimò probat suam sententiam Præpositus sup. Patres nunquam vel leviter indicant, contractum Matrimonii posse separari à ratione Sacramenti inter fideles; sed è contrario videntur absolute pronuntiare, illud esse Sacramentum, & nominatim Aug. de Bonis conjugali c. 24. docet, in populo Dei bonum nuptiarum esse in sanctitate Sacramenti, quod loquendi formâ videtur designare, omne Matrimonium fidelium esse Sacramentum. Hæc ille.

Respondeo; ideo sancti PP. nunquam vel leviter indicant, contractum Matrimonii posse separari à ratione Sacramenti inter fideles; quia, ut jam statim dictum est, illa separatio est illicita, & non constat, unquam fuisse factam; an autem si fieret, valeret, Patres nunquam disputarunt; & hinc bene dicit D. August. in populo Dei bonum nuptiarum esse in sanctitate Sacramenti, quia omne Matrimonium fidelium debet esse Sacramentum, & communiter est Sacramentum.

Ex jam dictis satis patet, quòd non debet esse constans sententia Adversariorum, videlicet nullatenus posse fieri ex intentione contrahentium, ut inter Christianos baptizatos contrahatur validum Matrimonium, quod non sit etiam Sacramentum. Miror autem pro hac sententiâ citari communiter Suarez, qui reverà eam non docet, sed hanc controversiam relinquit indecisam, ut liquèd constat ex ejus verbis, quæ hic subscribo: Atque hinc colligi potest, quid dicendum sit in illo casu

casu de Matrimonio, si contrahentes, cum sint baptizati, velint facere contractum, non tamen Sacramentum. Nam si hæc posterior voluntas procedat ex privato errore, quo existimant, Matrimonium non esse Sacramentum; tamen re ipsa velint Matrimonium contrahere eo modo, quo Christus instituit, vel quo, juxta Dei voluntatem & ordinationem, contrahi debet, tunc ille error particularis non excludit sufficientem intentionem ad faciendum Sacramentum; quia ad hoc sufficit illa voluntas universalis, & altera particularis non proprie est ex affectu & intentione non faciendi Sacramentum, sed solum ex errore: quia putant in re ipsa, nullum esse Sacramentum. Si autem illa voluntas revera sit proprie intentio & affectus separandi, quantum in ipsis est, rationem Sacramenti a ratione contractus, vel ut Matrimonium non sit indissolubile, vel propter aliam similem ineptam rationem, tunc revera non fieret Sacramentum, quia deest necessaria intentio. An vero validum esset tale Matrimonium in ratione contractus, alterius est considerationis.

Quidquid ergo circa hoc dicatur, probatur illud primum; quia vel ratio contractus est in re ipsa separabilis a ratione Sacramenti inter tales contrahentes: & sic cum ipsi intendant, illa duo separare, & utrumque pendeat ex eorum intentione nihil obstat, quod minus re ipsa separantur: aut non possunt in re separari post Christi institutionem: & tunc valor contractus pendet intrinsece ex Sacramento, comparatur enim ad illud, ut effectus ad causam, seu ut res ad Sacramentum: ergo oportet, ut intentio Sacramenti ante omnia præcedat, alioquin nihil fiet, sicut dicebamus de intentione Baptismi, & effectus ejus. Qui vero intenderent facere Sacramentum, non autem contractum Matrimonii, nihil etiam facerent, quia illa posterior intentio, non tantum est circa effectum sed etiam circa materiam Sacramenti, quam destruit. Hucusque Suarez.

Quis jam non videt verum esse quod antea dixi, scilicet hunc Auctorem controversiam, de qua hic tractamus, relinquere omnino indecisam? Unde ergo fit, quod Adversarii Suarium citent pro sua sententia, nisi quia propriis oculis Suarium non legerunt? Bene de hujusmodi dici potest, quod Christus de Phariseis dixit Matth. 15. v. 14. *Sinite illos: cæci sunt & duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatur præstet, ambo in foveam cadunt.*

Porro sententiam nostram clarissime docet Villalobos 1. part. Sum. Theol. tract. 13. diff. 6. n. 4. ubi sic ait: La duda es, si en este caso sería Matrimonio, coma es entre los Gentiles, ya que no fueſſe Sacramento? San-

chez dize, que no lo sería, porque en la ley nueva, junto Christo inseparablemente la razon de Sacramento, con el contrato Matrimonial. Mas esto no lo prueba, ni lo puede provar, como dize Rebello, el qual tiene la opinion contraria, y dize, que sería Matrimonio, mas no Sacramento, porque el contraer debaxo desta condition, aunque sería gran pecado, no es contra la substancia del Matrimonio, al qual Christo añadió la razon de Sacramento, y assi queda debaxo de contrato natural, como el de las Moros, y otros infideles. Ita hic Auctor.

Sed dicit aliquis: Omne Matrimonium fidelium consummatum, est omni casu indissolubile, idque ob rationem Sacramenti.

Respondeo: non idem; sed quia est fidelium seu baptizatorum; cum etiam conjugium infidelium, eo ipso, quod baptizantur, fiat omnino insolubile, & tamen non fiat propterea Sacramentum, ut edissero Concl. seq. quæ talis est:

CONCLUSIO VI.

Matrimonium infidelium non est Sacramentum, quod uterque baptizetur; sed neque quod prior consensus postea renovetur.

Suppono cum communi sententia, Sacramentum Matrimonii competere primo contractui eorundem conjugum & nulli alteri. Pater; quia Sacramentum Matrimonii non potest competere, nisi contractui Matrimonii; sed solus primus contractus eorundem conjugum, est verus contractus Matrimonii; ergo &c. Probatur Minor ex definitione contractus Matrimonii: Consensus maris & femine, signo externo expressus, quo jus perpetuum tradunt in mutua corpora ad usum conjugalem; jam autem posito primo contractui Matrimonii, vir non habet potestatem seu jus corporis sui, sed mulier; & mulier non habet potestatem seu jus corporis sui, sed vir, teste Apostolo 1. Cor. 7. v. 4. Ergo posito primo contractui Matrimonii, vir non potest amplius tradere potestatem corporis sui mulieri, neque mulier potestatem corporis sui viro; ergo secundus contractus, quem attentant eidem conjuges, dicentes rursus: *Ego te accipio in meam & Ego te accipio in meum*, non est verus contractus Matrimonii, quia per illum non datur nova aliqua potestas, sed tantum est renovatio fidei, antea data, seu promissio servandæ fidei. Velut dum Religiosus aliquis renovat vota Professionis, non dicitur rursus profiteri; quia Professio significat traditionem sui in jus Ordinis

R 3 dinis

295. Objectio

Solvitur

296.

Sacramentum Matr. soli primo contractui eorundem contrahentium competit.

1. Cor. 7.

Renovatio  
Professionis  
non est vera  
Professio.

dinis, non potest autem tradi, quod amplius non habetur; sed ad summum illa renovatio habet rationem simplicis voti vel promissionis respectu Dei; vel etiam Ordinis, si fiat Prælato.

Alioquin, repetitio contractus Matrimonialis foret omnibus suadenda; & ab omnibus merito practicanda; quippe iteratò conjuges acciperent gratiam Sacramentalem tum habitualement, tum auxilia actualia ad sustinenda onera Matrimonii, quo nihil majus eis foret optandum; hoc autem est contra communẽ sensum omnium fidelium, qui nunquam id practicant, aut certè rarissime, idque non ad accipiendam gratiam, sed ad ostendendum mutuum amorem.

297.  
Quid si primum Matr. fuerit per mortem dissolutum.

Sed quid; si per mortem primum Matrimonium fuerit dissolutum? Absque dubio possunt de novo contrahere; quia jam habent rursum potestatem sui corporis, quam alteri possint tradere: verum tunc non censentur eidem contrahentes, sed potiùs diversi. Quæstio ergo solum est, an eidem conjuges, sæpiùs renovando sibi mutuo fidem semel datam, conficiant novum contractum, & novum Sacramentum. Et sanè sententiam negantem arbitror satis demonstratam.

298.  
Probatur Conclus.

Sed quorsum hoc suppositum? Ut ex eo dilucidè probetur nostra Conclus. hoc modo: Solus primus contractus Matrimonii, & per consequens verum Sacramentum; ergo Matrimonium infidelium non est Sacramentum, quòd uterque baptizetur; sed neque, quòd prior consensus renovetur. Probatur Consequentia; quia Matrimonium infidelium non est verus contractus Matrimonii, quòd uterque baptizetur; sed neque, quòd prior consensus renovetur; ergo non fit Sacramentum. Consequentia patet, quia Sacramentum essentialiter est contractus Matrimonii; ergo si non fiat contractus, neque fit Sacramentum.

299.  
Matrimonium infidelium non fit contractus per Baptismum.

Quòd autem non fiat contractus, inde satis constat; quòd infideles validè contrahant matrimonium, teste Apost. 1. Cor. 7. v. 12. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et definitur cap. Gaudemus, de Divortis, ibi: Super quo taliter respondemus, quòd cum Sacramentum conjugii apud fideles & infideles existat. Item cap. De Infidelibus, 4. de Contanguin. ibi: Consultationi tuæ duximus respondendum, quòd Matrimonium sic contractum, non est post Baptismi lavacrum separandum: cum à Judeis Dominus requisitus, si liceret uxorem ex quacunque causa dimittere, ipsis respondit: Quos Deus conjunxit, homo non separet, per hoc innuens esse Matrimonium inter eos. Loquitur Innoc. 3. de infidelibus conjunctis in gradu prohibito à lege Canonica.

1. Cor. 7. C. 8. de Divort. C. 4. de Contang.

Ergo Matrimonium infidelium non est verus contractus Matrimonii, quòd uterque baptizetur; quia ante Baptismum erat verus contractus, & solus primus contractus verus est; ergo etiam non fit Sacramentum, quia Sacramentum est essentialiter contractus inter baptizatos initus, five contractus in fieri, qualis hic non invenitur; nam neque contractus præteritus fuit inter baptizatos, neque jam ullo modo existit, scilicet in fieri, sed solum in facto esse, id est, vinculum inter baptizatos existit, quòd non est verum & propriè dictum Sacramentum, id est, signum efficacie gratiæ; sed tantum Sacramentum latè accipiendi pro quolibet signo rei sacre, de quo hic non queritur.

Et de hoc Sacramento Basil. Pont. lib. 1. c. 9. n. 7. explicat D. Thomam, quem adversarii pro se citant 4. dist. 39. q. un. a. 2. ad primum; ubi sic ait: Ad primum ergo dicendum, quòd Matrimonium non tantum est officium in Sacramentum, sed in officium nature: & idèò quàmvis infidelibus non competit Matrimonium, secundum quòd est Sacramentum, in dispensatione ministrorum Ecclesiæ consistens, competit tamen eis, in quantum est in officium nature: & tamen etiam Matrimonium iale, est aliquo modo Sacramentum habituale, quàmvis non actualiter, eò quòd actu non contrahant in fide Ecclesiæ.

D. Tho. (inquit Pont.) Sacramenti nomine non intellexit Sacramentum strictè sumptum pro signo sensibili, conferente gratiam, in quo sensu nunc disputamus, sed Sacramentum latè sumptum, quia est mysterium quoddam conjunctionis Christi cum Ecclesia. Quam significationem actu sentit D. Thomas non convenire Matrimonio, nisi suscepto Baptismo. Ex eo autem, quòd significatio conveniat Matrimonio ratione Baptismi, non rectè inferit Tho. Sanctus Matrimonium effici Sacramentum, & conferre gratiam susceptione Baptismi. Hæc illi.

Ut sit de mente D. Tho. quæ mihi incerta est; nam dici posset, eum sensisse eam communiori sententia, actualem significationem conjunctionis Christi cum Ecclesia convenire Matrimonio ante susceptum Baptismum; estò, inquam, Doct. Angel. sentiret oppositum nostræ Conclus. non propterea ab ea recedendum, quam urique tenent Durandus 4. dist. 26. q. 3. n. 14. Vasquez 2. 1. in 3. part. disp. 138. c. 5. & 4. to. disp. 2. de Matr. c. 10. Tho. de Argentina ead. dist. 26. q. 1. a. 1. ad primum, & idem docuisse complures discipulos D. Tho. fateretur Petrus Ledesma de Matr. q. 59. a. 2. dub. 3. Eandem sententiam amplectitur Coninck de Sacram. disp. 24. n. 25. Basil. Pont. supra n. 8. Castro Palao supra n. 14. Herinx sup. n. 19. & Alii.

At verò Capreolus 4. dist. 26. q. 1. a. 3. ad 5. cont. 1. Concluf. 1. Eckius to. 4. Homil. Homil. 73. Bellar. lib. 1. de Matr. c. 5. in fine, Henriquez lib. 11. de Matr. c. 8. & c. 15. Petrus Ledesma suprâ, Rebell. part. 2. lib. 2. q. 7. n. 2. Bonac. q. 2. de Matr. punct. 2. n. 5. affirmant, Matrimonium infidelium, venientium ad Baptismum, verè transire ad statum Sacramenti, non quidem eo ipso in vi prioris contractûs; sed per novum consensum, & veluti contractum ineundum post Baptismum: vel quidem expressè per verba, quibus denuò dicant, sese mutuo accipere in conjuges: vel saltem implicite & virtualiter per facta quædam, quibus ostendant se confirmare & ratificare suum conjugium, velleque in eo permanere, utpote per mutuum cohabitationem, & maximè per copulam.

Porro Paludanus 4. dist. 26. quæst. 4. a. 3. ad 5. Hispallens. q. 1. a. 3. ad 5. Covarr. part. 2. de Matr. q. 1. §. *Hujus rei gratia*. Veracruz in Speculo Conjugior. part. 2. a. 36. Vega lib. 4. Summæ cas. 113. Sanchez lib. 2. de Matr. disp. 9. n. 5. Petrus Bollius in Oeconomia classe 2. c. 4. §. 7. Becanus c. 44. q. 4. n. 7. existimant, Matrimonium infidelium, venientium ad Baptismum, eo ipso effici verum Sacramentum, sicut scilicet est inter eos, qui post Baptismum contrahunt & non expectato alio novo consensu, nec externo verbis aut factis, nec etiam interno, post ipsum Baptismum.

Et ita quidem censendum atque affirmandum est, inquit Averfa hic q. 1. sect. 6. §. *Melius S. Thomas*. Probat autem dicens: Etenim negari non debet, posse inter tales conjuges verum Matrimonii Sacramentum intercedere; quia per Baptismum jam efficiuntur capaces omnium Sacramentorum: ergo tantò minus debet eis auferri Matrimonii Sacramentum, quibus conceditur ipsum Matrimonium. Hæc ille.

Subsumo ego; atqui non conceditur ipsum Matrimonium; quia post Baptismum non contrahitur novum Matrimonium, ut suppono; quid ergo mirum, si ab eis auferatur Matrimonii Sacramentum?

Probat 2. Non minus indigent ope & auxilio hujus Sacramenti, ad piè & sanctè lubeunda onera Matrimonii, quæ utilitas fuit ratio, ob quam Christus hoc Sacramentum instituit; ergo credendum est, ita fuisse institutum, ut ii quoque ejus participes esse possint; nec præventio contractûs conjugalis ante Baptismum, impediât fructum Sacramentalium post Baptismum. Unde fatetur Coninck credibile esse, Deum talibus majores dare gratias prævenientes ad ferenda incommoda Matrimonii, quàm det infidelibus; ait tamen, non ob Sacramentum Matrimonii, sed ratione Fidei ac Baptismi. Verùm facilè &

rationabile est; ut dicatur dare ratione promissionis, factæ in ipsa institutione Matrimonii. Ita nempe, ut Christus instituerit, quòd daretur certa gratia fidelibus conjugibus, si ve conjugium ineant post susceptum Baptismum, si ve antea inierint, & postea baptizentur; & cum id potuerit facere, dici debet id fecisse: at per talem promissionem constituitur ratio Sacramenti, & nihil plus requiritur ad hoc, ut tali conjugio tribuatur ratio Sacramenti.

Possuntque etiam tales conjuges suscipere benedictionem solemnem in Ecclesia consuetam, licet ad id non teneantur: hæc autem solemnis benedictio instituta est, tamquam sacra ceremonia, ad ornatum Matrimonii, tamquam Sacramenti. Hucusque Averfa.

Sed contra hoc ultimum: etiam solemnitas Baptismi instituta est; tamquam sacra ceremonia, ad ornatum Sacramenti; & tamen sæpius adhibetur ab Ecclesia, ubi tamen nullum suscipitur Sacramentum aut gratia Sacramenti; ergo similiter licet conjuges infideles post Baptismum possint suscipere benedictionem solemnem, quæ instituta est, tamquam sacra ceremonia, ad ornatum Sacramenti; hinc minimè sequitur, post Baptismum tales conjuges suscipere vel Sacramentum Matrimonii, vel gratiam Sacramenti.

Ad alterum respondeo: Christum multa facere potuisse, quæ non fecit; nisi ergo probetur vel ex Scriptura, vel ex PP. vel ex Conciliis Oecumenicis, aut certè Traditione, Christum fecisse, quod potuit facere, nullatenus censendum atque affirmandum est, id fecisse; maximè cum sit contra ordinarium modum agendi Christi, conferre gratiam Sacramenti, ubi & quando non suscipitur Sacramentum; non suscipitur autem Sacramentum Matrimonii in casu proposito, ut patet ex dictis; ergo non confertur gratia Sacramenti.

Non oportet (inquit Averfa suprâ) ut hi conjuges repetant denuò suum consensum; nec exterius verbis aut factis, nec interius mente & voluntate; sed eo ipso, dum suscipiunt Baptismum, elevat quoque suum conjugium ad statum Sacramenti. Reverà enim non potest in hac re cadere novus & iteratus contractus, nova & iterata traditio, & acceptatio: siquidem jam per se prorsus firmum manet conjugium, jam antea initum. Et ad summum novus consensus posset esse approbatio & complacentia prioris contractûs & conjugii: at substantia hujus Sacramenti non debet constitui in hujusmodi approbatione & complacentia, quæ centies & millies, & pluries potest inter conjuges iterari. Nec etiam ad hanc rem faceret novus consensus in rationem Sacramenti, quo scilicet conjuges velent & intenderent, ut suum conjugium afflu-

Tertia,

305. *Contra ser-tiam,*

*Contra se-cundam,*

306. *Probat ex Averfa non requiri novum consensum,*

302. *Matrimonii pro-positio, re-quirentes novum con-sensum.*

303. *Matrimonii pro-positio non requirentes novum con-sensum.*

303. *Præventio ex-tractus.*

304. *Secunda præventio.*

Coninck.



mat statum Sacramenti; sicut nec inter fideles, quando contrahunt, requiritur aut facit talis intentio ad constituendam in suo conjugio rationem Sacramenti. Ac demum necesse non esset, ut statim inter conjuges venientes ad Baptismum, adhiberetur novus consensus, qualicumque requiri dicatur, quinimmo posset longo tempore differri: at expedit dicere, Matrimonium inter fideles baptizatos, semper inducere rationem Sacramenti: igitur non debet requiri novus consensus post Baptismum. Hucusque Aversa.

307. Illius Aversae. Infero ego: igitur non recipitur Sacramentum Matrimonii post Baptismum; ac proinde nec gratia Sacramenti.

Resp. Aversa. Respondet Aversa supra §. Et inde: non quidem novum contractum aut consensum post Baptismum, constituere inter conjuges conversos hoc Matrimonii Sacramentum: sed eundem illum priorem contractum, & consensum legitimum in ratione conjugii, sanctificari per susceptionem Baptismi, & inducere statum Sacramenti.

308. Occurrit objectioni. Nec refert, quod ille contractus jam transit & præterit: transit enim physice, sed permanet suo modo moraliter, ratione vinculi conjugalis, & pro tota conjugum vita durat ac ligat. Quare sicut semper actu conservat hoc mutuum ligamen, & corporum dominium inter conjuges, ita poterit semel, adveniente nepe conditione Baptismi, conferre gratiam. Et sicut etiam defacto, Matrimonium jam antea initum, valet ad successivè conferenda varia auxilia gratiæ pro opportunitate, ita in hoc casu valet cum Baptismo, ad conferendam suam partem gratiæ sanctificantis. Ad quod quidem nihil plus requiritur, quam Christum Dominum ita instituisse & promississe, ut non solum iis, qui post Baptismum inirent conjugium, daretur talis gratia; sed etiam iis, qui antea conjugati, venirent postea ad Baptismum, quod absque omni dubio facere potuit, & nullum inconveniens est, si dicatur sic fecisse.

Occurrit alteri objectioni. Nec etiam refert: quod id adimpleatur simul tempore, & in eodem instanti cum Baptismo; satis enim est, prius naturam juxta divinam ordinationem perfici Baptismum, & per eum conferri gratiam baptismalem, & imprimi characterem; ac subinde consequenter sanctificari conjugium, & per illud conferri gratiam conjugalem. Et hoc singulare est in conjugio, ut antea initum sanctificari possit; alia verò Sacramenta ex integro post Baptismum conferri debeant; ubi sanè ex peculiari ipsa ratione conjugii, & ex ritu singulorum aliorum Sacramentorum manifestè apparet ratio differentiæ. Hactenus præfatus Auctor.

309. Sed petit principium, id est, supponit institutionem seu voluntatem singularem Christi,

quam singulariter non probat, sicut deberet probare; sed generaliter tantum, quia talis voluntas non est irrationabilis, quod minime sufficit. Fateor quidem, hujusmodi conjuges indigere ope & auxilio hujus Sacramenti, ad piè & sanctè subeunda onera Matrimonii; sed sibi imputent, quod illo auxilio careant, quoniam ante Baptismum Matrimonium contraxerunt, cum debuissent Baptismum præmittere, tamquam Sacramentum omnibus ad salutem necessarium, ad quod proinde primò omnium obligantur. Nonne etiam indigent auxilio hujus Sacramenti, qui post Baptismum contrahunt Matrimonium in malo statu? Et tamen, secundum communem sententiam (quàmvis Aversa oppositum doceat ibidem q. 1. sect. 3. §. *Septimo*) nunquam accipit illud auxilium vi Sacramenti Matrimonii, quia Matrimonium non reviviscit.

Dico: *Vi Sacramenti Matrimonii*; quia aliis mediis potest illud auxilium à Domino impetrari; & idè, quàmvis non foret irrationabile, si conferretur vi Sacramenti præteriti, tamen etiam non fuit necessarium, ut vi Sacramenti præteriti conferretur; adeoque non fuit irrationabile, quod non conferretur, quod tamen foret necessarium, ut efficaciter probaretur sic factum esse à Deo, quod fieri potuit. Ergo consimiliter in casu proposito, quàmvis non foret irrationabile, quod conjuges post Baptismum acciperent gratiam Sacramenti Matrimonii, ad piè & sanctè subeunda onera Matrimonii; tamen nullatenus est necessarium, quia aliis mediis possunt à Deo impetrare illa auxilia; ac proinde etiam non est irrationabile, quod illa auxilia non accipiant vi Sacramenti Matrimonii, quod tamen foret necessarium, ut probaretur efficaciter, sic factum esse à Deo, quod fieri potuit.

Deinde, si Christus ita instituisset Matrimonium, ut vi ejus daretur gratia post Baptismum, jam Matrimonium ante Baptismum foret Sacramentum; nam esset signum effectus gratiæ ex opere operato; ad tale quippe signum sufficit, ut sublato obice conferat suum effectum; porò, supposità hac institutione Christi, ablato obice, id est, carentià Baptismi, Matrimonium ante Baptismum collatum conferret gratiam sanctificantem, & auxilia gratiæ actualis ex opere operato; ergo etiam ante Baptismum foret verum & propriè dictum Sacramentum, quod est inconveniens.

Denique, quod ait Aversa supra: *Transit enim physice, sed permanet suo modo moraliter* &c. verum quidem est, sed nihil ad intentum: etenim Sacramentum Matrimonii non est Sacramentum permanens, sed transiens sine consistens in actione; ergo vel tunc est Sacramentum, quando actio physica transit, vel

nunquam est Sacramentum. Itaque propter argumenta Averſæ non arbitror recedendum à Concluſione.

312. *Argumentum Sanchez pro sua sententia.*  
Sed videamus & expendamus argumentum Sanchez supra n. 5. statim, inquit, ac baptizantur, Matrimonium illud repræſentat unionem Chriſti cum Eccleſia, cum in Chriſti fide contractum perſeveret, efficiturque indifſolubile, ſaltem ut Matrimonium ratum fidelium; ergo ſtatim ac baptizantur, efficitur Sacramentum. Et n. 6. ad primum argumentum oppoſitæ ſententiæ, Reſpondet eſſe novum Matrimonium, novumque vinculum, non omnino, ſed inquantum prius Matrimonium, quod erat contractus naturalis profanus & ſolubilis, efficitur inſolubilis, ſacer & repræſentans unionem Chriſti cum Eccleſia; ſicut in Trident. ſeſſ. 24. de Matr. can. 1. dicitur, Chriſtum inſtituiſſe Matrimonium in nova lege, cum tamen jam inſtitutum eſſet; quia illud, ut eſſet Sacramentum indifſolubile, evexit. Hæc ille.

313. *Reſp. ad ultimum. Trident.*  
Reſpondeo ad ultimum; Trident. non dicit, Chriſtum inſtituiſſe Matrimonium in lege nova; ſed, Matrimonium Sacramentum inſtituiſſe: *Si quis dixerit, Matrimonium non eſſe verè & propriè unum ex ſeptem legis Evangelicæ Sacramentis, à Chriſto Domino inſtitutum.* Neque idèd hoc dixit Trident. quia Chriſtus evexit Matrimonium, ut eſſet indifſolubile, nam à principio ſuæ inſtitutionis fuit indifſolubile, quàmvis non omnino; ſed quia evexit Matrimonium, ut conferret gratiam ſanctificantem ex opere operato. Unde ſequitur in canone præſato: *Sed ab hominibus in Eccleſia inventum; neque gratiam conferre, anathema ſit.*

Sed neque de facto eſt omnino indifſolubile, tamen ſi ſit Sacramentum; nam Matrimonium ratum tantum, poteſt diſſolvi per ingreſſum Religionis; neque propterea minus eſt Sacramentum, quàm Matrimonium fidelium conſummatum, quod per illum ingreſſum non diſſolvitur, niſi accipias Sacramentum latè, pro ſigno repræſentativo rei ſacræ; ſic enim Matrimonium conſummatum eſt magis Sacramentum, quia ſignificat unionem Verbi cum humanitate, quam non repræſentat Matrimonium tantum ratum; interim tota ratio Sacramenti propriè dicti perfectiſſimè reperitur in Matrimonio rato; neque per conſummationem & copulam acquiritur ulterior ſtatus Sacramenti propriè dicti, licèt acquiratur major indifſolubilitas.

314. *Baptizantur Matrimonium.*  
Quàmvis ergo per Baptiſmum Matrimonium infidelium fiat ratum, non tamen propterea Sacramentum propriè dictum; fieri quippe ratum, nihil aliud eſt, quàm quod jam cauſà Baptiſmi ampliùs diſſolvi non poſſit, prout ante Baptiſmum poterat; illa autem indifſolubilitas, ut oſtenſum eſt, ni-

hil facit ad rationem Sacramenti propriè dicti, quæ conſiſtit in ſignificatione gratiæ Sacramentalis, quæ ſignificatio annexa eſt non vinculo Matrimonii diſſolubili ex certa cauſa, vel omnino indifſolubili; illud enim vinculum eſt quid permanens, cum tamen hoc Sacramentum ſit tranſiens; ſed annexitur illi ſigno externo tranſeuntis, per quod inducitur illud vinculum, ſive ex cauſa aliqua ſolubile, ſive omnino inſolubile; tale autem ſignum de novo non ponitur poſt Baptiſmum, neque ipſe Baptiſmus eſt tale ſignum; ſic enim ipſe Baptiſmus eſſet Sacramentum Matrimonii, quod nemo hæcenus ſomniavit; ſed Baptiſmus tantum eſt conditio aliqua, quæ poſitâ, vinculum jam inductum, ex certa tamen cauſa ſolubile, ampliùs ob eam cauſam ſolvi non poteſt.

Itaque ad argumentum Sanchez, Reſpondeo in forma, diſtinguendo Conſequens: ergo ſtatim ut baptizantur, efficitur Sacramentum, latè accipiendo *ly Sacramentum*, pro ſigno rei ſacræ, ſcilicet conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ, tranſeat totum; efficitur Sacramentum propriè dictum, Neg. Conſeq. Jam autem non quæritur, an per Baptiſmum efficiatur ſignum conjunctionis Chriſti cum Eccleſia; quia Multi putant, etiam ante Baptiſmum eſſe tale ſignum; ſed, an efficiatur ſignum efficax gratiæ ſanctificantis, quod illo argumento Sanchez nullatenus probatur; ſed dumtaxat, quod vinculum illud, quod remanſit ex priori contractu, fiat ſignum conjunctionis Chriſti cum Eccleſia, & magis ſit inſolubile poſt Baptiſmum, quàm erat ante Baptiſmum. Nemo autem docet vinculum illud eſſe Sacramentum propriè dictum; ſic enim Matrimonium foret Sacramentum permanens, cum tamen Omnes doceant, eſſe Sacramentum tranſiens.

Actio ergo, per quam inducitur illud vinculum, propriè eſt Sacramentum novæ legis; illa autem actio jam tranſiit, quando ſuſcipitur Baptiſmus; ergo ex naturali non ſit ſacrâ, neque ex ſolubili inſolubilis, quia quod non eſt, non poteſt fieri ſacrum, aut inſolubile. Et certè non dicitur illa actio ſacrâ, niſi inquantum confert gratiam ſanctificantem; neque dicitur propriè inſolubilis; ſed illa denominatio propriè afficit ipſum vinculum, quod permanet; ac proinde Sanchez petit principium, quando ſuprà dicit: Matrimonium, quod erat contractus naturalis, poſt Baptiſmum efficitur ſacer; hoc enim eſt, quod quæritur, an illa actio, quæ phyſicè tranſiit, adveniente Baptiſmo conferat gratiam ſanctificantem, quod nos negamus. Non ergo debuit id Sanchez ſupponere, ſed probare.

Probatur, inquit; quia, ut dicit Sanchez

315. *Reſp. ad 1. arg. Sanchez.*

316. *Actio, per quam inducitur vinculum Matr. propriè eſt Sacram.*

317.

ſi ſu-

*Probat ex Sanchez, actionem, qua transit, conferre gratiam, adveniente Baptismo.*

suprà n. 6. Eo ipso quòd baptizantur, consentiunt in Matrimonium precedens, & ut sit insolubile, signetque Ecclesie cum Christo unionem; quare illi consensus, eo signo expliciti, sunt nova materia, & nova forma.

Sed contra 1. baptizari possunt conjuges infideles, nihil profus de Matrimonio antea inito cogitantes; vel quia de hac re à Sacerdote non admonentur, vel quia fieri potest, ut unus còjux in uno loco, & alter in alio baptizentur, ignorantes omninò mutuum Baptismum: tunc autem quis dixerit, eos habere novum consensum, etiam què vocant virtua-lem, qui sufficiat ad materiam & formã novam illius Matrimonii, ut fiat Sacramentum?

318. *Probatio variè impugnat.*

Deinde, fieri potest, ut infideles, qui baptizantur, interius expressè nolint in antiquo Matrimonio perseverare, sed aliud inire: ergo in hoc casu, nec virtualem consensum denuò contrahendi habebunt, & tamen fieret prius Matrimonium ratum & insolubile.

Adde etiam, quod licet in infidelibus conjugibus, dum baptizantur, esset novus consensus virtualis, ex se sufficiens ad denuò contrahendum, nullum esset signum exterius, quo exprimeretur, ut oportet ad novum contractum ineundum; nam præter actionem ipsam Baptismi, nulla est, per quam exprimi possit: quis autem dicat, eandem actionem Baptismi, hoc est, ablutionem, in ipsis conjugibus receptam, cum illo consensu interiori, & sufficere pro materia Sacramenti baptismi, & pro materia seu forma Matrimonii, simulque esse in ipsa ablutione duo Sacramenta?

Vasquez.

319. *An ablutio in Baptismo possit simul esse materia aut forma Matrimonii.*

Ita interrogat Vasquez suprà n. 131.

Sed quid, si ego dixerò, id fieri posse, v. g. si sponsus & sponsa sibi mutuo statuunt, pro signo sui consensûs interioris de præsentì, susceptionem Baptismi seu illam ablutionem? Non video, quid tali casu obstat, quò minus illa ablutio sit materia Sacramenti Baptismi, & forma contractus Matrimonii: quamquam enim illa ablutio ex natura sua, & communi institutione hominum, non sit signum interni consensus Matrimonialis, erit tamen tale signum ex institutione privata sponsi & sponsæ, quod sufficit, ut patet ex alibi dictis, saltem ad contractum Matrimonii.

Quid ni etiam ad Sacramentum Matrimonii? Siquidem nihil aliud ad hoc requiritur, quàm ut sit contractus fidelium seu baptizatorum; censet autem, quòd non sit contractus baptizatorum, quando simul tempore cum Baptismo contrahitur? Nonne peccatum, commissum in Baptismo, secundum Multorum sententiam, est peccatum Baptizati, & per consequens materia Sacramenti Pœnitentiæ? Ita docuimus Disp. 7. Sect. 2. Concl. 1. Ergo similiter Matrimonium contractum in Baptismo, quid ni debeat censerì Matrimonium baptizatorum, & per consequens Sacra-

mentum novæ legis? Et quid, si in ipso Baptismo sumeretur Eucharistia, censent, quia non caufaret effectum in fumentè? Sanè Eucharistia instituta est ad pascendas oves Christi: & nonne isto casu pasceret oves Christi?

Dices cum Vasquezio suprà n. 120. cum quis aliquo actu habilis constitui debet ad aliud, oportet, ut prius tempore habilis recedatur per priorem, quàm posteriorem recipiat; namabilitas prius tempore præcedere debet: cum enim quisque habilis accedere debeat ad posteriorem actum, necesse est, ut præmittat priorem. Cum igitur Confirmationis aut Eucharistiæ Sacramentum, aut aliud, nemo recipere possit, nisi habilis per Baptismum, hoc est, nemo ad aliud Sacramentum accedere possit, ut bene illud recipiat, nisi baptizatus; consequitur, prius tempore baptizari oportere; alioquin, si simul tempore aliud recipere, non diceretur baptizatus ad illud accedere. Sic etiam contra, cum statutum sit, ut qui recipit Sacramentum Ordinis excommunicatus, ipso facto irregularis sit, ut incurrat irregularitatem, necesse est prius excommunicatum esse, & postea ordinari. Quocirca quia contra sententiam excommunicationis, jam ad ipso ordinante, ordinatur, ipso facto excommunicationem incurrit, non tamè irregularitatem eodem actu simul, nisi in eo Ordine suscepto tunc solemniter ministrat. Hæc Vasquez.

Respondeo: Confirmationis, aut Eucharistiæ Sacramentum, nemo recipere potest, nisi habilis per Baptismum, distinguo: per Baptismum in fieri vel facto esse, concedo totumque facto esse, hoc est quod queritur, & saltem meliori, posset negari, sic intelligendo, quòd factum esse, debeat præcedere aliquo instanti temporis. Nihil enim aliud videtur requiri ad validam Confirmationem, aut fructuosam Eucharistiam, quàm ut sit Confirmatio hominis baptizati, aut susceptio Eucharistiæ ab homine baptizato, quòd verificatur, quando illa Sacramenta simul existunt in eodem instanti, vel non est verum, quòd peccatum, commissum in Baptismo, sit peccatum hominis baptizati. Quæ namque disparitas? Expectat eam à doctioribus.

Ad simile adductum à Vasquezio, Respondeo: disparitatem esse, quòd ipsa Ordinatio est causa excommunicationis; ergo non ordinatus tali casu excommunicatus, sed excommunicatus ordinatur, jam autè non incurrit irregularitatem, nisi qui excommunicatus ordinatur. Aliud foret, si propter aliam causam eodè instanti tēporis, quo ordinatur, excommunicaretur; tunc enim idem videretur dicendum in hoc casu, scilicet, talè incurere irregularitatem, vel potius pœnã suspensionis, ut A. lii volunt, quia reverè excommunicatus ordinatur.

Nisi fortè disparitas petenda sit, ex Reg. 15. de Reg. Juris in 6. *Ordia restringi,* & jo-

Assignatur  
vires convenit ampliari. Et Reg. 49. eod. In  
panis benignior est interpretatio faciendae. Porro  
illa irregularitas aut suspensio procul dubio  
pœna est & odium; ergo sic licet eam restrin-  
gere, ut non incurratur, nisi excommunicatio  
tempore præcesserit Ordinationem. Ergo  
etiam Baptismus debet tempore præcedere  
Sacramentum Confirmationis, Eucharistiæ,  
Matrimonii &c. Neg. Conseq. quia favores  
convenit ampliari; quis autem dubitet Sacra-  
menta illa esse favores? Et aliunde in dubio  
presumitur pro valore actûs; arg. leg. 80.  
ff. de Verb. oblig. Quotiens in stipulationibus  
ambigua oratio est, commodissimum est id accipi,  
quo res, de qua agitur, in tuto sit. Et cap. Abbate.  
de Verb. signif. ibi. Professio sic intelligenda  
sunt illa verba, ut res, de qua agitur, valere  
possit potius, quam perire. Cum ergo dubium  
aliquod sit, num illa Sacramenta, suscepta  
simul tempore cum Baptismo, valeant, pro  
valore potius standum est. Hæc dicta sint  
disputationis causâ, non resolutionis.

Interim nolo uti hoc argumento, quo ta-  
men Vasquez supra utitur, contra eos, qui di-  
cunt, eodem instanti temporis, quo infideles  
baptizantur, eorum Matrimonium fieri Sa-  
cramentum, etiam absque novo consensu con-  
jugum; nolo, inquam, utitur, quia non om-  
nino efficax; tum, quia minime necessarium,  
ut patet ex hæcenus dictis, quæ probant, ne-  
que eodem instanti temporis, neque sequenti,  
quo infideles baptizantur, tamen si explicitè  
de novo consentirent in Matrimonium præ-  
cedens, & in majorem ejus indissolubilitatem,  
probant, dico, Matrimonium præcedens  
fieri Sacramentum novæ legis, id est, signum  
efficax ex opere operato gratiæ sanctificantis.

Sed contra, inquit Adversarii nostri; Si  
facta venditio non est ita rata, quin in potestate  
cujuslibet ex contrahentibus sit, eam irritare,  
dicitur propriè facta denud, cum ita firma ef-  
ficatur, ut annullari nequeat; sed Matrimonium  
infidelium poterat ab alterutro dissolvi, eo so-  
lo admittente fidem, & dū baptizantur, novo  
consensu ita ratificant, ut amplius dirimi ne-  
queat Matrimonium; ergo tunc dicitur con-  
trahi, & subinde erit Sacramentum; tanquam  
Matrimonium post Baptismum contractum.

Respondet Vasquez supra n. 122. vendi-  
tionem aliquam tunc dici verè fieri & cele-  
brari, quando firma redditur, & ita rata, ut  
consensu cujuscumque contrahentis rescindi  
non possit; addimus tamen, toto eo tempore,  
quo voluntate cujuscumque contrahentis dis-  
solvi potuit, & hæc ratione firma non fuit, non  
fuisse veram venditionem; sed tractatū quem-  
dam de faciendâ venditione, quis hoc neget?  
Hoc autem modo non se habere matrimonium  
infidelium, qui baptizantur, manifestum est;  
quia ab initio, antequam baptizarentur, verum  
& firmum & perfectum Matrimonium inter

non  
ari-  
&  
ad  
red-  
reci-  
edere  
pre-  
tionis  
diti-  
num,  
educe-  
tatur;  
corre-  
rent,  
re. Si  
in re  
mice-  
mice-  
qui  
id ab  
omni-  
arbit-  
re ful-  
Vasq.  
ant. h  
diti-  
Bapti-  
um  
no-  
ob h  
diti-  
mum  
in bo-  
edictio  
tepo-  
matu-  
diti-  
mum  
regu-  
intra-  
cedit  
dum in  
clarite-  
A. h. v.  
intra-  
ex Reg.  
et p.

eos initum, & factum, & consummatum erat;  
alioquin, juxta hanc sententiam, dicere cogere-  
mur, infideles veros conjuges non fuisse; sed  
tractatum eorum, vim tantum habuisse spon-  
salium usque ad Baptismum; sicut venditio  
illa non firma, vim tantum haberet contractus  
de faciendâ venditione, venditio tamen non  
esset; quod planè absurdum est, & error in fide.

Adde, quòd ante Baptismum non fuit in po-  
testate cujuscumque conjugis, dissolvere Ma-  
trimonium, aut, ut ipsi loquuntur, in potestate  
alterutrius; immo neque ex mutuo consensu id  
fieri potuit, sed occasione quadam majoris mo-  
menti, qualis est Fidei, permissum est bapti-  
zato, ut si nolit infidelis habitare cum eo sine  
contumelia creatoris, & ipse velit Matrimo-  
nio alteri copulari, possit, & eo ipso Matrimo-  
nium præteritum dissolvat. hoc autem concess-  
sum est in favorem Baptismi & Fidei, quam in  
ipso profitemur; non quia Matrimonium, in  
infidelitate contractum, firmum & in se indis-  
solubile non esset; sed quia majoris momenti  
est Fides, quam in Baptismo profitemur, ob  
quam pati non debet baptizatus, nec cum tan-  
to detrimento ad Baptismum obligari, ut sine  
Matrimonio perpetuò maneat. Atque simili  
de causâ venditio, aliâs firma & consummata,  
dissolvi potest, videlicet ex causâ majoris mo-  
menti. Demum, venditio, aut aliud humanus  
contractus, non incipit esse firmus & indisso-  
lubilis sine novo consensu contrahentium;  
Matrimonium autem incipit esse ratum, & ita  
ex quacumque causâ indissolubile, solâ Bap-  
tismi receptione, etiam si conjuges nullo modo  
in Matrimonium consentiant; sed unusquis-  
que eorum baptizetur, ignorans prorsus alium  
baptizari. Hæcenus Vasquez.

Breviter: Matrimonium, ante Baptismum  
celebratum, secundum Omnes, solo consensu  
partium nequit dissolvi, sed tantum beneficio  
Fidei; ab eo utique, à quo indissolubilitas in-  
ducta fuit, id est, à Deo: venditio autem cen-  
setur facta, quando est in solubilis voluntate par-  
tium, quamvis fortè aliquo beneficio legis  
posset solvi, v. g. beneficio restitutionis in in-  
tegrum; non enim quando perditur illud pri-  
vilegium, tunc primum censetur fieri vendi-  
tio; sed quando ita perfecta est ex consensu  
partium, ut per solum illum consensum non  
possit solvi. Atque ita impresentiarum, tamen  
si conjuges possint suscipere Baptismum, &  
per consequens solvere Matrimonium, si al-  
tera pars nolit cohabitare sine injuria creato-  
ris; non tamen propriè illa solutio pertinet ad  
eorum voluntatem; siquidem, nisi Deus illud  
beneficium annexisset susceptioni Baptismi  
minimè per illam Matrimonium redderetur  
solubile; & ita tota solubilitas, quæ hæc est, ori-  
tur ex voluntate Dei, sive beneficio legis, quæ  
sanè solubilitas non obstat perfectioni con-  
tractûs, etiam venditionis.

326.  
Matrimo-  
nium con-  
tractum ante  
Baptismum  
non potest pro  
libito conju-  
gam dissolvi;

327.  
Venditio cen-  
setur facta,  
quando est  
in solubilis  
voluntate  
partium;



328. Matrimonium conditionatum ante implentiam conditionem non inducit vinculum Matrimoniale.

Aliud est, quando consensus datus est sub conditione; nam tunc, ante implentiam conditionis, non habetur effectus Matrimonii, id est, vinculum non est inductum; adeo, ut tunc per solam voluntatem contrahentium, Matrimonium istud conditionatum possit solvi. Verbo ut absolvam: tunc nunquam fuit simpliciter Matrimonium, & ideo non mirum, si fiat, quando conditio ponitur; hic vero supponitur Matrimonium aliquando fuisse, & adhuc esse; jam autem, ut supra dictum est, inter easdem personas nunquam secundò contrahitur, quantumcumque ponatur novus consensus, etiam intentione de novo contrahendi.

329. Alia arg. Adversarium.

Præterea argumentantur Adversarii: Matrimonium infidelium nec est ratum, nec indissolubile, c. Quanto, de Divortii. eò quòd Sacramentum non sit; sed ubi baptizantur fit indissolubile; ergo Sacramentum.

Responsio.

Respondeo: per Baptismum Matrimonii vinculum effici ratum, & omnino indissolubile, si Matrimonium consummatur, vel antea fuerit consummatum (alioquin per ingressum Religionis potest solvi) non quia fiat Sacramentum propriè dictum; sed quia jam cessat ratio illa Fidei, ob quam alias dissolvi potest. Colligo ex d. c. Quanto, ibi: Nam est Matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum: inter fideles autem verum & ratum existit: quia Sacramentum Fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii Sacramentum, ut ipsum in conjugibus illo dur ante perduret.

C. 7. de Divortii.

330. Quid sit effectus Matrimonium ratum per Baptismum.

Ergo Matrimonium effici ratum per Baptismum, non est idem, quod effici Sacramentum; sed effici indissolubile, ita ut ipsum in conjugibus, illo durante, perduret; nisi beneficio legis, sive ex voluntate Dei dissolvatur, uti dissolvi potest per ingressum Religionis.

Ex quo etiam patet; Pontificem in illo jure, per Sacramentum conjugii, non intelli-

gere contractum Matrimonii, qui solus propriè est Sacramentum novæ legis; nam hic transit & non perdurat; sed vinculum Matrimonii, quod est Sacramentum largè sumptum; & perfectius Sacramentum, quò magis indissolubile est, quia perfectius repræsentat unionem Christi cum Ecclesia. Et de hoc vinculo & Sacramento largè sumpro, intelligendi sunt PP. quando dicunt, ideo Matrimonium fidelium esse Sacramentum, quia habet majorem insolubilitatem.

Ex quo patet responsio ad 3. argumentum Adversariorum: Matrimonium post Baptismum perfectè significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, quod est proprium Sacramenti Matrimonii. Respondeo: est proprium Sacramenti Matrimonii largè sumpti pro vinculo Matrimoniali, secus Sacramenti Matrimonii novæ legis; sed proprium hujus Sacramenti est, significare & causare gratiam sanctificantem ex opere operato, quod non competit vinculo Matrimoniali, ut jam non semel dictum est; sed ipsi contractui matrimoniali, per quem inducitur vinculum.

Dicit fortè aliquis: si infideles post Baptismum habent idem vinculum & gravamen, etiam debent juvari eadem gratiâ. Respondeo: etiam in lege naturæ & lege veteri erat idem vinculum & gravamen, nisi quòd licita fuerit Polygamia, & permixtus libellus repudiij à Moysè, & tamen nulla gratia sacramentalis; immo tunc ex aliqua parte debebant majus vinculum, cum non possent libvi per ingressum Religionis. Aliis ergo modis, ut supra adhuc dixi, possunt sibi illas gratias procurare. Et aliunde, si sua culpa Baptismum distulerint, sibi debent impetrare, quòd careant illis gratis Sacramentalibus. Et hætenus quidem de essentia contractus, & Sacramenti Matrimonii; sequitur agendum de ejus permissione, & præcepto. Erit itaque

# SECTIO V.

## DE PERMISSIONE, ET PRÆCEPTO MATRIMONII.

I. Quid sit jus naturale, & quod duplex, ex Pontio.

Observandum est, inquit Basil. Pont. lib. I. de Matr. c. 3. n. 5. jus naturale dici, quod convenit homini, spectatis naturæ principijs secundum se, & ex principijs naturæ rationalis optimâ ratione deducitur, sive spectetur homo secundum se, sive ut vitam socialem agens. Hoc autem jus naturale, ut advertunt plerique juris Interpretes, atque Theologi, duplex est: alterum est justitiæ sive necessitatis, alterum est utilitatis. Justitiæ

quidem vocant, quod non tantum fieri permittit, sed ita jubet, ut oppositum non liceat, velut non furari, non mœchari, reddere depositum. Jus autem utilitatis vocant, quod non quidem jubet, ita ut oppositum peccatum sit, sed liberam facultatem concedit, utendi re aliqua, tamquam utili vel honesta. Hæc ille.

Alii aliis utuntur terminis, & dividunt jus naturale, in jus naturale permissivum, & jus naturale præceptivum. Illud dicitur esse de